Obserua et audi hic concluditur predicta le-
gis (?) ca adhibet in predicta sunt omnia
ut diligentius caueant ab ydolatria et pre-
cipue ibi offerentes filios suos et
filias suas et comburentes igni modus
autem istius combustionis secundum quod dicunt
hebrei erat quia fiebat ydolum cupre-
um concauum et in concauitate illa acce-
debatur ignis et quando ydolum in qualibet
parte erat ignitum tunc super manus ydo-
li que erant disposite ad accipien-
dum ponebant puerum et sic ex adustione
moriebantur sacerdotes vero ydoli habebant
tympana in quibus percuciebant
fortiter ut ex fortitudine illius soni
non audiretur clamor pueri et sic parentes
de morte puerorum non dolerent sed magis
crederent animas eorum sine insufflacione
ad ydola accipi // Capitulum xiij

Si surrexerit hic quis propheta (?) de-
struitur destructio ydolatrie in particula-
ri et primo quo similiter (?) late sibi oppo-
site et primo quantum ad unam personam
secundo quantum ad unam ciuitatem ibi Si
audieris in una urbium etc hic primo
facit propositum in persona non comitantur (?) so-
lum quamquam (?) ibi Si tibi voluerit persuadere

fr tuus etc. primum sciendum quod sicut dicitur
sunt super libri numerorum xxii ca. homines
aliqui instruuntur de veritatibus super natu-
ralibus per demones et tales dicuntur prophete de-
monum ut dicitur sunt ibidem de balaam
et isti aliquando habent revelaciones a deo im-
mediate vel mediantibus sanctis angelis
licet ab eis non quererunt sicut fuit dicitur
ibidem de balaac tamen quando revelaciones
sunt eis a deo vel a sanctis angelis hoc
fit ad bonum finem ut dicitur sunt ibi de prophe-
cijs balaam sed quando ordinatur tales revela-
cio ad malum finem et decepcionem hoc
fit a demonibus qui aliqui plures verita-
tes dicunt hominibus ut postea magis
credant eis in tali suggestione sicut
fuit ibidem declaratum per exemplum
et de tali propheta est hic sermo qui decepte
a demonibus incitur homines pertrahere
ad ydolatriam cum dicitur surrexerit in me-
dio tui propheta deceptus modo predicto vel vigilia
aut qui sompnium vidisse se dicat ab ipso
confictum et a mission adiungit et predixerit si-
gnum miraculi venturum de propinquo et dicit
aportendo per tendis quod significat pertensione
in longinquum et evenerit quod locutus est iste
quia demones predicunt aliquando vera futura
que excedunt cognitione humanam prout
declaratum fuit numerorum xxii ca. et dixerit
eamus et sequamur deos alienos ex hoc
patet quod revelacio sibi facta fuit per de-
mones ideo subditur non audies verba
prophete illius quia temptat vos dominus
i. permittit tentari vos talia fieri ut probetur
ut palam fiat i. ab aliis sive sciat quia
ipse de novo non accipit cognitionem rei noti-
ciam sed omnia novit ab eterno et hoc modo
loquitur gen. xxii ca. nunc cognovi quod
timeas dominum i. cognoscere feci quia probi
tacionem ysaac nota fuit hominibus obe-
dientiam abrahe et post eius in exemplum
propheta aut ille aut fictor sompniorum
interficietur sine misericordia domini tunc convictus
fuit per testes vel confessus et cetera et patet littera.
Si tibi voluerit hic puniuntur destruere
ydolatriam respectu personam coniuncte consanguinitatis
propinquitate et hoc est quod dicitur fr. tuus
et cetera clamdestinus eamus et cetera corrumpens
in secreto et inducens homines ad ydola-
triam non acquiescas ei recipiendo eius
persuasionem iniquam nec parcat ei

oculus tuus flo. iustificando eum vel excu-
sando maliciam eius sed statim interficies cum
indicatus fuerit per iudices sit primum manus
tua super eum quia testes debebant in-
terficere tales condempnatos ut habetur infra
xvii ca. unde act. vii de beato stepha-
no dicitur quod testes deposuit vestimenta
sua et cetera patet // Si audieris hic
puniuntur ydolatria destrui respectu unius
civitatis que si fuerit corrupta ydola-
tria puniuntur hic homines in ea et
pecora et supellectilis comburi et omnia
que pertinent ad illam civitatem destrui
absque reedificacione et patet littera usque ibi
ut avertatur dominus ab ira furoris sui quia
tali corrupcione unius civitatis ira
domini provocatur contra totum regnum et
maxime qui negligitur eius punicio mul-
tiplicet quod te et cetera hoc in fine huius ca.
additur ut ex destructione ydolatrie
latria fortius confirmetur // Ca. xiiii
Filii estote domini hic conveniunt destruitur
ydolatria in signo et primo destruitur
huius ydolatria secundo instituitur latria
opposita ibi decima partem etc. primum sci-
endum quod ydolatrie signa sunt assimilari
ydolatris in exteriori apparencia que consistit
in modo se habendi et in modo comedendi primo ergo
prohibetur modus ydolatrarum circa mortuos
secundo circa cibos ibi ne comedatis circa primum
dicitur filij estote domini dei vestri q. d. non debetis
in aliquo ydolatris assimilari // Non vos
incidatis in hoc habetur non vos lacera-
bitis sicut in planctu mortuorum aliqui
gentiles et ydolatre unguibus lacera-
bant sua carne nec facietis calvicium
eradicando capillos vel tondendo talis
enim luctus immoderatus et inhonestus
non decet filios dei qui habent fidem virtutis
mortuorum moderatus tamen luctus et hone-
stus procedens ex pietate naturali bene licet
et datur // nec comedatis hic quia prohi-
betur modus ydolatrarum circa cibos et
primo in certis animalium secundo piscium
hec comedetis tercio avium ibi omnes aves
circa primum dicitur nec comedatis que
immunda sunt // Sciendum quod nulla
immundicia naturalis potest esse in brutis
quia peccare non possunt tamen in eis reduci
quia iniquitati homines utuntur eis ad
malum ut potest quia ydolis ymmolant

ipa, ul' eis vtunt^r ad maleficia alia pt aute
esse in eis dicte in mudicia corpali sicut q2
in mundo cibo nutriunt^r sicut porcus ul' q2
in loco i mundo sicut mures hirtia. vnde
ex hoc fetorem contrahunt 2 ex hoc abhomina
bilia sunt apter vtrinq3 inmundicia3 sc3
spualem et corpalem mo pdc'o contrahit
multa aialia et aues 2 pisces pbent in lege
mudis sunt pter hoc alie cause mistice et
figurales inqntum ptalia designantur
homines qui cs aliqua vicia sicut carnalis
assimilat^r porco pig^r asino 2 sic de alijs
hoc est qd' comedere debetis tamq3 cetues
careus in mundicijs pdcis 2 enuat aqua
in spali bouem et tragelaphum 2c aial est
mundum 2 est simile ptim hirco 2 ptim
ceruo 2 dicit^r tragos qd' est hircus 2 la-
phos qd' est ceruus cameleon est aial simile
camelo in capite 2 idco a beo de nominatur
habet tamen maculas albas in corpe sicut
pdus 2 equo simlis est in collo bubalo vero
impedibus // Com^r ponit regulam quendam
cu aliqua tamen exceptione cu dicitur omne
aial 2c cetera exposita sunt leuit^r 2 vbi
hec materia plenius tractat^r aliqua tamen
ponunt^r hic que no sunt hic exponenda vou
anus est dogne vulturs alba 2 minor quam
sit vultur nocticoracem auis est de nocte
volans ac vicios quod est nox 2 corax qd'
est coruus 2 corums noctis dicunt cu aqui
qd' est idem q noctua 3 hoc no videtur qd'
hic separatim phibent^r pegrino qui intra
portas est da si est paup aut hic vende ei
si hec vnde emat 2 loquit^r hic de pegrino q
no est gusus admdaisum aliter no posset
comedere licite no coques edu 2c hoc sunt
expositum Exo xxiij ca° // decima frumenti
tui 2c hic qui inducit ad latriam p hoc qd'
inducit ad sustentacione sacdoti 2 ministroz
ad quos ptinebat colere deu p se 2 p pplo
pmogenita eni debebant^r sacdotibus et
decime leuitis portabant^r tamen ad templum
quantum ad ptes leuitarum qui manebat
ad ministrandum et patet lra ex hijs que
dicta sunt sup° c° xij ca° // Com^r inducit
ad sustentacione paupem cu dicit^r anno
tercio separabis aliam decima s p sustenta
cio paupibus ut patet ex sequentibus
q fiebat ex lege pietatis naturalis 2 ne
iudei paupes cogent^r querere elemosinas
agentilibus et suo nire eis p sustentacione

ante sue et sic cogentur de ydolicis comede
cu gentilibus 2 p quos possent pertrahi ad
cultum ydolatrie 2cetera // Ca^m xv.

Septimo anno hic phibet^r ydolatria
quantum ad pncipium motivum seu oc
casionem si eni obligati debitis
et impotentes soluere artarent^r p penas
corporis uel alio mo possent hic occasione
fugiendi de terra sua et habitare inter genti
les 2 sic suire dijs alienis sm quod dc
dauid de se ipso fugitiuo i Re xxvj° male
dicti sunt in conspectu dni qui eiecerunt
me hodie ut no in habitem in hereditate dni
dicentes vade suire dijs alienis licet eni
dauid hoc no fecerit tamen psecutores
eius dabant ei occasionem faciendi ad
hoc igitur remouendum fuit septimus annus
remissionis in lege institutus fuit in quo
remittit remittebant^r debita impotentibz
soluere sic ergo pmo aufert ydolatrie occa
sionem scdo inducit ad latrie cultum 2 ibi
de pmogenitis ad huc pmo inducit in
relaxacionem scdo ad liberalem accomo
dacionem ibi si vnus de fratribus tuis
dicta pma facienda ex remissio debitoz
in septimo anno no imponit^r nisi pro
illis quod sunt de ritu iudeoz ideo sub
ditur a pegrino 2 aduena exiges in lege hec
ab extraneos exiges p quod patet idem in
telligit hic pegrinum et aduenam extraneus
autem dicit^r qui no est de ritu eoz // et omno
omnio indigens hic qui inducit ad pau
perem subleuacionem 2 intelligit^r de mendicis
paupibus quos debebant iuuare ita q
no cogentur publice mendicare ut bene
dicat tibi dns multiplicando te in bonis
spualibus 2 tpalibus si tamen audieris
i si feceris quod dictum est p hoc intelli
gitur opposita negatiua vz q si no fe
ceris no multiplicabit te feneraberis mul
tis gentibus hic no accipit^r p usura
que licet esset ei pmissa cu extraneis
gentibus tamen no pt ei pmitti pro
pmio pietatis erga paupes cu sit illi
cita 3 accipitur hic p accomodacione
vn in heb° habetur vadiabis gentes mul
tas i vadia accipies ab eis quia non
tenebant^r accomodare sine vadio in
hoc igitur pmittitur eis multiplicacio

bonoꝝ tpaliu

p9 deut° y

bonoꝝ tpaliu pꝗm possent dac mutuu no solum fribus suis iudeis sed etiam alienis gentibus quia pacti pretatis no solum permittitur eis multiplicato di uidi dimicatur sed etiam diuij seu excellenti cij // Si vnus de fribus hic inducit eos moij ses ad liberam mutuatione que det precedere exaffectu ideo subdit no obdura bis cor tuu etc et cu effetu s aperies manu paupis etc quotiens enim indigere pspexis quia no tm debebant fribus suis accomo dare pecuniam sed etiam aliam rem neces sariam ut pote equum tauru et similia que frequenter debeant exaccomodatione Caue ne forte etc hic inducit eos ne re trahant exaccomodatione ppt appinqua tionem anni septimi in quo debita rela xabitur relaxabant nec ages quidpiam talide in eius necessitatibus sublenandis ut pstor machinetur aliquid malum et ad familiaritate inhonestam cum uxore vl familia vel aliquid aliud illicitum no deerunt pauperes no est contrarium ei qd sup dictum est omnino indigens et mendicus no erit inter vos quia ibi loquitur de mendici tate quod no debebant iudei pmittere ut dictum est hic ante loquitur de paupere qui de suis facultatibus no pt quomodo sustentari et io indiget paccomodatione ab aliis auxiliari // Cu igitur venditus fuit fr tuus ista exposita sunt Exo xxi ca hoc excepto no autem debes inos ab eo cu dimiseit eos liberos i no l'expelles eos vacuo omnino quasi sit grauis libertas eorum vnde in hec heb no erit in oculis tuis cu dimiseris eos liberos // de primo genitis de statuta ydolatria quantum ad acco modationem hic requiritur ad deuinatorum latrie excludendo quantum quedam cupidi tatem et primo facit propositum secundo remo uet qd dam dubium ibi hoc solum circa qd sciendum quod ex eo tpe quo deus percussit primogenita filioꝝ isrl fuit obligata deo et sanctificata ut habetur Exo xiij ca et in pluribus locis corrupti aliquando cupiditati bus dicti volebant inde trahere vtili tatem suam ut pote in primogenito a vgnis et primogenitu eius comedendo an quam offerrent ideo istud phibetur hic et patet lra et dicit hic Ra sa qd idem est intelligendum de oue que offerebant primogenito asinum ut habetur Exo xiij ca quia debebat offerri cu lana sua ut quod continet maculam i defectum aliquando vel in membris

seu aliquam aliam deformitatem ppt quam no debebat deo deo offerri cu talia sunt offerenda et ne diuinus cultus ve niret in contemptum et oblatione talium defectuum quam et pque tamen contempti bilem tale primogenitum licite poterant co medi extra vrbem in opidis et ab immun dis hominibus sicut et a mundis quia capra et ceruos sicut de illis comedunt homines absque hoc quod de illis faciant aliquam oblatione deo vel redemptionem sicut de istis tamen distinguendum est quia si talis macula inerat primogenito a na tiuitate comedebatur absque oblatione vel redemptione aliqua quia nunquam fuerat obligatum deo exemplo nunquam fuerat ymolatum si aut post natiuita tem superuenerat tunc aut erat cura bilis aut no si curabilis debebat offerri post curatione si incurabilis debebat re dimi quia erat oblatum deo ante euen tum macule et hec distinctio accipitur ex sua Ra sa hic xxij ca // hoc solum obseruabis etc quia carnes talium licite comedebant in opidis absque redemptione in casu predicto et ppt hoc aliqui forte po ssent credere qd etiam sanguis ipsoꝝ esset licitus ppter quod excludit hic spaliter quia nec in vitulis aialibus erat con cessus s generaliter prohibitus // Ca xvj

Obserua mensem hic declarando re

precepta que ordinant homines ad

deum ex consideratione tpis Circa quod sciendum quod tribus tpibus in anno celebrabant iudei festa solempnia scilicet primo mense festum pasche ppt beneficium egressionis de egypto et tercio mense festum penthecostes ppter beneficium legis date et sep timo mense festum tabernaculorum ppter be neficium obseruationis ipsorum in deserto xl annis quibus prouidit deus habitationibus in tabernaculis primo ergo agitur agitur de primo festo secundo de secundo ibi septem ebdo madas tercio de tercio ibi solempnitatem quoque tabernaculorum // Sciendum etiam quod de istis festis plura dicuntur Leui xxiij ca et aliqua hic addunt et aliqua repetuntur quantum agitur ad primum festum dicitur obserua mensem nouarum frugum no quia tunc esset tpus messium sed quia circa quintam decimam diem mensis primi in aliqua pte terre promissionis ali que fruges appropinquabant ad maturi tatem et de illis colligebant spice de quibus fiebat manipulus qui offerebatur

phase

in solempnitate paschali et turbabatur et tunc perturbationem quia excuciebatur et de illis fiebat sacrificium ymolabis phase domino tuo de ovibus et de bobus. Non loquitur hic scriptura de ymolatione agni paschalis de quo postea agitur sed de aliis sacrificiis que offerebantur a tota communitate que determinantur xxviii et xxviii aliqua vero offerebantur a personis singularibus ex devotione et talia non cadunt sub numero determinato quia in talibus cuilibet permittebatur facere suam voluntatem sequitur quia in pavore egressus es de egipto in hebreo habetur subito vel festinanter egressus es de egipto et propter hoc tunc comederunt azima quia fermentare non poterant egipciis cogentibus eos exire ut habetur Exo xii et non remanebit de carnibus eius scilicet agni paschalis de cuius carnibus nichil debebat remanere usque mane ut habetur Exo xii capitulo Non poteris immolare phase in qualibet urbium tuarum hoc prohibebatur ad evitandum occasionem ydolatrie quia sub pretextu religionis et occasione possent fieri alie ymolationes pertinentes ad ydolatriam et ut cum maiori reverencia fieret ista ymolatio in civitate electa ad divinum cultum et hoc est quod dicitur Sed in loco quem elegit dominus et accipitur hic locus pro tota civitate urbem que fuit electa ad divinum cultum quia in qualibet domo poterat ymolari dum tamen haberentur numerus commensales que sufficerent ad esum agni ut dicitur in Exo debebat enim poni de sanguine super utrumque postem et in superliminaribus domus ubi comedebatur quod non potest intelligi de domo templi quia ibi nichil ponebatur de sanguine agni ymolabis phase vespere i. post declinationem solis quando egressus es de egipto non quia illa nocte egressi fuerunt filii israel de egipto sed quia illa ymolatio erat quedam preparatio ad exitum et quia illa nocte se preparaverunt ad exitum et mane sequenti egressi sunt ut habetur Exo xii capitulo Maneque consurges et hic accipitur mane pro die prima ante dies incipiebat a vespere quarte decime diei primi mensis et terminabatur in proximo vespere quintedecime diei et tota die illa et nocte sequenti debebant remanere in urbem et

mane sequenti poterant recedere quo vellent Sex diebus comedes azima supra eodem capitulo dicitur Non apparebit fermentatum in omnibus terminis tuis vii diebus Ad hoc solvendum dixerunt aliqui hebrei quod dies septima non erat de precepto sed qui volebant comedebant azima dicunt etiam quod licet alii sex dies sicut licet septimus sed solum vespera prime diei diei in qua ymolabatur agnus Sed hoc videtur esse contra textum Exo xii capitulo ubi dicitur Quicumque comederit fermentatum peribit anima illius de israel a primo die usque ad diem septimum. Et ideo dicendum quod per hoc quod dicitur hic Sex diebus comedes azima non excluditur septima ab ista observatione quia senarius includitur in septenario et qui observat septimum observat senarium distinguuntur tamen hic dies septem quia erat celebrior quam precedentibus quia prohibitum erat opus servile in illa sicut et in prima ut habetur Num xxviii Non autem in medio et hoc est quod subditur in die septimo quia collecta domini dei tui non facies opus quia dicitur hic collecta crediderunt aliqui quod illa die fiebat collecta pro sustentatione pauperum sicut in septembri fiebat collecta communis ad usum sacrificiorum templi. Sed hoc non videtur bene consonum ei quod iam predictum est scilicet quod secunda die habebant licenciam recedendi qui vellent si autem illo tempore fieret collecta pro pauperibus probabilius videtur quod debet fieri ante recessum populi unde in hebreo habetur sic in die septimo retentio est domino deo tuo quod exponitur pro retentione ab operibus servilibus secundum hebreos que illo die prohibentur fieri ut patet in libro translator autem cum accipit retentionem pro retentione sic collectam ideo transtulit collectam quibus tamen modus dicendi communis est apud doctores nostros pro eo quia dicit quod vii dies erat collecte dies eo quod tunc intrabat pecunia et reponebatur in thesauro templi que tamen erat recepta ab offerentibus

principio templi // Septem ebdomadas
hic agitur de solempnitate penth' que
celebrat' quinquagesima die a solemp
nitate pasche et hoc quod dicitur h'
septem ebdomadas numerabis tibi que fa
ciunt xlix dies ab ea die qua falcem i
messem miseris i a die pasche non quia
tunc inciperet messio frugum ut p
dictum est sed quia tunc sequebant' spice
magis appinquantes ad maturitate et ce
lebrabis diem festum s' penth' diei
mediate sequenti ix ebdomadas p
dictas et illa erat quinquagesima dies
a die pasche ibi epulaberis coram dno
deo tuo et addunt' quatuor titulo hoc
facientes illud convivium cum dicitur
filius tuus et filia tua i qua'r titulo
ipmis dei cura' specialis de pauperibus sci
licet et ad vena pupillus et vidua
ut patet infra et recordabis quod ser
vus fuis in egipto et p quus obligatus
es ad serviendum deo tuo subditur custo
dies ac f' e // Solempnitatem quoque tab
naculor' hic agitur de tertio festo quod
celebrant' in septembri collectis frugibus
anni de quo supra dictis et oblationibus
determinat' x l iii xxvj ca' a le xxiij ca' z p
bra postea recolligit de tribus solemp
nitatibus predictis dicens tribus vicibus
p annum apparebit omne masculinum tuum c
i in tribus festivitatibus predictis vim
illis qui longe erant autem probat'
a duobus festis s' tabnaculor' et penth'
et p z bra // Judices et magistros postquam
posita sunt precepta que sunt de conclusio
nes preceptor' decalogi ordinantes ad p
ximum ordo ante aut' homines consistat in
diversis gradibus homini insistitutis z con
firmatis primo ergo agitur de hiis que p
tinent ad status psonar' sublimium
scdo de hiis que ptinent ad diversos statu
vulgarium xix ca' circa primum primo agitur
de iudicibus inferioribus scdo de superioribus
xvij ca' s' difficile et ambiguum zc tercio
de regis institucione ibi qui ingressus
fuis circa primum describitur iudicii institu
to scdo officii exequtio ibi non plantabis
circa primum sciendum quod nulla societas
pt permanere absque iusticia etiam illorum
qui odiunt iusticiam ut pote latronum
quia ibi iuste furta inter se dividunt
oriretur inter eos sedicio z sic com
societas dirupitur apparet quod inter sua
scdo ceterum publice iusticia est neccess

neccessaria ad quam hic faciendam hic pleger
iudices ordinantur cum dicitur iudices
et magistros constitues et exponitur li
pro est iudices z magistros i magistros quia
iudices tales debent instituti qui sunt
in legibus instructi sm quas debent in
dicare aliter esset simile ac si mitteretur
artifex ad execucionem operis absque regu
la sue artis in hebreo habetur iudices et ex
actores ut vocentur iudices qui habent
inquirere veritatem industria mentis z
cautela verborum et dare sniam scdm in
venta Exactores vero qui veritatem inq
rere verberibus et afflictionibus, moderatis
tn et exequntur iudicium sniam quia
frustra sna daretur nisi esset qui ea
exequeretur in omnibus portis tuis zc
i in portis cuiuslibet civitatis non tamen
inqualibet parte ipius hoc aut' sunt insti
tutum quia porta civitatis est locus quo
ad que pnt accedere pauperes sicut di
vites et extranei sicut cives non acci
pies psonam loquit' de iudicibus ut
non plus deferant in iudicio divitibus z
propinquis quam pauperibus et extraneis
nec munera excecant oculos sapientum
quia cupiditas rone accepti muneris
trahit extra limites suos iudicium rois
et mutant vba iustorum quia os conformatur
cordi eo quod voces sunt note
i signa earum passionum que sunt i ara
ue dicit phs i pyam et salvator luce
vj ca' ex habundancia cordis os loquitur
iuste quod iustum est psequeris quia
modus pse dicendi debet esse iustus
ut vivas et possideas hic non solum
refertur ad iudices sed etiam cum hoc ad quam
tatem pple psevatum iusticie in bono
statu diu conservatur // Non plantabis lu
cum hic ponitur officii execucio et primo
ponitur casus scdo iudicii effectus xvij
ca' circa primum sciendum quod ponitur
hic casus p exemplo ut sic fiat in aliis
et quia intencio legislatoris pncipa
liter tendit ad destructione ydolatrie
et hoc etiam et late in scitiones ut
patet expressi libri idco p exemplo p'
ponit' casus ptinens ad destructionem
ydolatrie et hoc etiam quod ad ydola
tram ptinet z cont' primum legis preceptum
ideo de hoc ponit' exemplum cum dicit'
non plantabis lucum sup' eum dictum est sic
queiut' quod in locis ydolatrie lucum z
arbores plantabant' et ideo a loco cultus

dominum talia prohibentur nec ex assimilacione
loci trahentur ad assimilacionem ritui eo
subditur nec facies tibi atque constitues
statuam i. ydolum ad adorandum acsi
diceret primum pertraxit ad secundum // Cum po
nitur tercius de lata institucione cum di-
no ymmolabis deo tuo bouem neque ma
cula quia in cultu latrie debent offer
ri meliora // Capitulum xvij

Si uero repti fuerint hic qui
ponitur effectus iudicij cum dicitur
tunc repti fuerint apud te quia
homines iudicant ea que patent deus
autem intuetur cor j Regum xvj ca° ideo
non occulta diuino iudicio reseruantur
que autem aliquo modo patent homini iudicio
committuntur vir aut mulier ita quod
per fragilitatem sexus non est mulier excusata per
tendum in transgressione diuini mandati
audieris que in quisieris diligenter quia
non est procedendum ad sententiam sine dili
genti examinatione pena seu etiam
ad infamiam denunciatam educes virum
et mulierem qui rem sceleratissimam
perpetrauerunt ad portas ciuitatis tue ut
in loco iudicij detur eis audiencia antequam
contra eos feratur sententia et lapidibus
obruentur post sententiam datam in ore du-
orum aut trium testium illud debet precede
plationem sine // Si difficile hic agitur
de superioribus iudicibus ad quos debet
esse recursus in dubijs et difficilibus et ponit
aliqua per exemplo cum dicitur aut inter
sanguinem et sanguinem hoc est quando una pars
iudicium dicit quod effusio sanguinis alicu
hominis est morte plectenda quia reducit
ad homicidium voluntarium alia pars dicit
quod non quod reducenda est ad homici
dium casuale causam et non causam scilicet quando
una pars iudicium dicit causam actoris
esse iustam aliam autem causam rei lepram
et non lepram scilicet quando una pars dicit in
firmitatem alicuius esse lepram alia non
surge et ascende etc. i. in hijs casibus et
consimilibus recurrendum est ad supero
res iudices scilicet ad summum sacerdotem et iudi
cem populi israel et aliquando contingebat quod
utrumque officium in unam concurrebat
personam sicut patet de hely qui fuit iu
dex et similiter sacerdos populi j Regum iiij ca° et
ut quilibet erant distincte persone sicut
et officia pt ergo intelligi istic iste re
cursus ad utrumque coniunctim et hoc in
causis que non poterant terminari ab uno

sine alio ut patet in edificacione templi
que non poterat fieri sine potestate regia
nec disposicione absque sacerdotali ordinacione
vel diuisim ut in causis spiritualibus erat
recursus ad summum sacerdotem et in temporalibus
ad iudicem et ex hoc inolevit consuetu-
do in inferioribus iudicibus ecclesiasticis
quod appellatur ad summum pontificem et
de inferioribus principibus et iudicibus
secularibus ad imperatorem qui iudica
bunt tibi iudicij veritatem debent esse
magis instructi alijs ita quod possint
dirigere in dubijs sequeris sententiam eorum
quia in ultima quantum ad homines nec
declinabis ad dexteram vel sinistram i.
motus commodo vel dampno temporali hic dicit
glosa hebrayica non dixit tibi quod dextra
sit sinistra vel sinistra sit dextra talis
sententia est tenenda quod patet manifeste
falsum quia sententia nullius hominis
tanto ciuius sit et auctoritatis tenenda
est si contineat manifeste falsitatem
seu errorem et hoc patet per hoc quod
premittitur in textu iudicabunt tibi in
dicij veritatem postea subditur et
docuerint te secundum veritatem legem eius
ex quo patet quod si dicant falsum vel
declinent a lege dei manifeste non sunt
audiendi cetera patent usque ibi auctor
autem superbus audiens timebat pena eius
mortis non infligitur ad correctionem
illius qui superest sed aliorum // Cum
ingressus hic ponitur agitur de regis in
stitucione circa quod sciendum quod illud
quod dicitur hic eum constitues scilicet in rege
non est preceptum nec simplex concessio
quia sic non peccasset populus israel petendo
regem cuius contrarium dicitur j Regum xij ca°
sed est permissio que est de malo bonum enim
populi consistebat in hoc quod solus deus
regnauit super eum eo quod erat populus
peculiaris dicitur. Dicitur ergo sed si importune
regem hic vellent permittebatur eis
sub condicionibus causa prima erat quod
esset de filijs israel quod notatur cum dicitur
de numero fratrum tuorum secunda quod non esset
simpliciter ad voluntatem populi sed per electionem
dei quod notatur cum dicitur quem dominus deus
tuus elegerit et sic factum fuit de saule primo
rege et de dauid secundo ut j Regum xvj ca°
Cum describitur condicio regis co
stituti non reprobabilis sibi equos

sed ad ractantia [?] sed solum ad decentiam sui
status et regni defensione nec reducet
populum in egiptum presumens agmine equorum
illam. non habebit uxores plurimas non in-
hibetur regi simpliciter pluralitas uxorum
cum david qui fuit sanctus habuit sex uxo-
res sed quod non habeat in nimio excessu
et potissime alienigenas et hoc notatur
cum dicitur que alliciant animum eius. scilicet ad
nimiam carnalitatem et inde ad ydolatriam
saltem aliqualiter sicut de salomone
accidit licet esset sapientissimus de quo
scribitur iii Reg. xi. cumque iam esset senex
depravatum est cor eius per mulieres
ut sequeretur deos alienos etc. neque auri
et argenti immensa pondera. i. ad super-
fluitatem sed solum ad necessitatem status
et regni defensione. describet deuteronomium
legis eius i. faciet describi et habebit secum
dicunt hebrei quod debebat volumen du-
plicatum unum ad portandum secum ut
posset ibi frequenter legere et aliud ad
reservandum in domo thesauri sui tanquam
quid preciosissimum nec elevetur cor eius
in superbiam sicut accidit de saul. propter quod
fuit a domino reprobatus et regnum ablatum
a filiis eius i Reg. xiii ca. ut longo tempore
regnet et filii eius sicut patet de david
propter cuius iustitiam regnum fuit ei et
filiis eius a domino confirmatum ut habetur ii
Reg. vii. et in pluribus aliis locis. // Ca. xviii

[N]on habebunt sacerdotes. hic agi-
tur de sacerdotum et levitarum
sustentatione et primo in generali
secundo in speciali ibi si exierit levites. primo quod
dicitur fuit num. xviii ca. tribus levi non
habuit partem inter alias tribus nisi
solum urbes et suburbana ad habitan-
dum et ideo debebant de bonis aliorum
sustentari et hoc est quod dicitur non ha-
bebunt sacerdotes et levite etc. et subditur
modus sustentandi eos cum dicitur
sacrificia domini et oblationes eius comedent
i. accipient scilicet sacrificia et oblationes
que fiebant in templo ex illis sustenta-
bantur sacerdotes et levite qui ministrabant
in templo in urbem si autem accipiantur
large oblationes prout se extendunt
ad decimas sic ex eis sustentabantur
levite qui morabantur in aliis urbi-
bus et oppidis dominus enim ipse est hereditas
eorum hic dicitur quod de oblatis domino
modo predicto sustentabantur sicut de

hereditate propria sicut locutus est illis
num. xviii ca. // Hoc est. hic ostendit ad illud
quod pertinebat ad illius sacerdotum deter-
minatum. hoc erat armum sed dextrum hoc
autem fiebat ad designandum quod sacerdos
debet habere fortitudinem et constantiam
ad sustentandum opus populi quod per armum
dextrum designatur ubi est fortitudo
corporis. // Item ad removendum quendam
ydolatrie ritum que specialiter in macedonia
ydolatre enim omnes armi de sacrificiis
suis reservabant et in eo divinationem
exercebant ac ventriculum dicunt aliqui
quod accipitur ventriculus pro pectusculo
quod dari sacerdotibus determinatur exodi
xxix ca. et hoc eisdem rationibus quibus
de armo dextro dictum est quia per ipsum
fortitudo designatur etiam quia in osse
pectoris reservato ab ydolatris divinatio
exercebatur ut habetur armum et genas
et ventriculum ita quod pro domino vel ultima
intelligitur quedam super addita armo
et pectusculo. Danda sacerdoti primitias
frumenti vini etc. ista similiter pertinent
ad sacerdotes quantitas autem talium non
determinatur per scripturam sed determinata fuit
per sapientes hebreorum vel quod primitiis daret
pro sexagena ad minus xl. ad plus quin-
quagesima mediocriter itaque minus devoti
dabant sexagenam magis devoti xl.
in medio [?] et hoc idem habetur in libro
de collationibus patrum collatione prima theone
abbatis et sic quantitas ista quantum ad aliquid
erat determinata et quantum ad aliquid de-
votione dantium relicta. ipsum enim elegit
dominus etc. in signum ante quod illi qui famu-
lantur deo sustententur a populo. // Si exierit
levites hic agitur de sustentatione le-
vitarum in speciali. si quis aliquis levi-
tes extra urbem habitans devotione
ductus veniebat ad mandatum i. urbem
ut ministraret domino in templo et in isto
casu determinatur hic quod acciperet partem
de oblationibus sicut et alii levite ibi
deo ministrantes et patet litera ibi excep-
to eo quod in urbe sua et patria ei
successione debetur. in urbibus enim
in quibus manebant extra urbem
habebant domos ad habitandum pro se
et pecoribus suis et talia successive de-
bant eis a prioribus et de talibus po-
terant vivere qui veniebant in urbem
modo predicto cum illis que accipiebat

de oblacionibus in hec habetur excepcis
vendicionibus sue et in eandem sinag
reciuntur quia qui veniebant a ierlm
ad manendum vendebant talia et de
precio se iuuabant // Consequendo ingressus
fuit hic qui agitur de prophetica re
uelacione et primo ostenditur necessitas
prophetie secundo remissio prophete ibi gentes
iste circa primum sciendum quod homo
ordinatur ad finem supernalem omni
racionis naturalis transcendentem secundum illud
Cor ij quod oculus non vidit et in cor
hominis ascendit etc tendenti autem
in finem necessarium cognoscere finem et ea que
ad finem dirigunt cum igitur se ad hoc
non extendat respectu vltimi finis
simplex cognicio naturalis requiritur diuina
reuelacio hanc autem cognicionem super
naturalem non tamen respectu vltimi finis
simplex cognicio exigentem in ea fi
delitatem sed secundum falsam estimacionem
estimacionem seu deceptionem querebant
bant gentiles ab omnibus per sacri
ficia et quedam alia supersticiosa
que omnia prohibentur filijs israel cum
dicitur caue ne imitari velis abho
minaciones i supersticiosas inquisiciones
occultorum nec inueniatur inter qui
lustret filium erat enim quidam super
sticionis modus quo ad hunc diu viti
tartari qui credunt omnia per ignem
purificari et ideo homines extraneos ad
principem accedentes ante transferunt
inter ignes et talis transitus vocatur
hic lustracio aut qui ariolos suscitet
querendo ab eis futura uel alia occulta
dicuntur autem arioli qui in manibus
aralium super aras ydolis immolatorum
diuinant et obseruet sompnia qualiter
autem sit licitum et supersticiosum diuinare
per sompnia dicitur sunt gen xl capitulo in
fine atque augurio diuinaciones sunt
per garritum auium nec sit maleficus
qui inuocaciones facit apparere demo
nem in aliqua effigie visibili neque in
cantator qui deludit sensus huma
nos ut uideatur quod non est neque phi
tones phitones ventrum ventri loq
loqui qui habet in ventre demonem
verba exprimens per ipsum tamen j re xxviij
capitulo dicitur illa mulier phitonissa
que faciebat apparere mortuos qui

suscitatos nec diuinos qui fingunt
se loqui ex reuelacione diuinorum sicut
balaam et querat a mortuis veritatem
stando super tumulos et eos a vocando
seu per aliquem aliquem modum supersti
ciosum preterea eius deo sicaliter proim
endo absque macula exprobracionis eiicendo
// Gentes iste hic qui describitur
missio prophete et primo agitur de
propheta uero secundo de falso propheta ante circa
primum continuat sententiam per eius cui di
gentes iste etc secundo exequitur proporcio
cum dicitur tu aut a domino deo tuo
aliter institutus es prophetis dei ita
plurem dimitus datum et vobi non
defiat legis declaracio dabitur tibi
prophetica reuelacio et hoc quod dicitur
propheciam de gente tua i de iudeis sicut
me verba sunt moysi ipsum audies
propheciam a deo tibi dandum ut peti
sti a domino ut habetur Exo xx quia non
poterant vltra sustinere verba dei lo
quentis pecierunt quod loqueretur eis
per moysen quod fuit eis concessum
et non solum per moysen sed eciam per alios
prophetas diuersis generacionibus succeden
tes ut habetur de Josue samuele ysaia
Jeremia et alijs et hoc est quod subditur
et ait dominus etc sequitur prophetiam suscitabo
eis etc et intelligitur hoc non solum
de Josue qui immediate successit
moysi sicut eciam de alijs prophetis
sequentibus similem tamen omnes
enim prophete similes fuerunt moysi
in hoc quod subditur et ponens verba
in ore eius quia deus loquebatur per
prophetarum ora ista tamen auctoritas principa
paliter intelligitur de domino nostro ihesu
xpo ut habetur act iij quia fuit
propheta magnus ad quem prophetie aliorum
prophetarum sunt ordinate // propheta autem
hic qui agitur de propheta falso qui
non est audiendus sed magis interficien
dus et huiusmodi prophetie ponitur duplex
modus vnus est quando aliquis ad
sui iactanciam uel propter questum acci
pit propheciam a deo propheta decam et eam
deuitat nomine suo quasi sibi reue
latam et hoc notatur cum dicitur
noluit loqui in nomine meo que
ego non precepi illi ut diceret // Si autem

modus est, ut dicit quod aliquis propheta
est demoniacus per modum quo eciam supra
dictum est et hoc notatur cum dicitur aut
in nomine aliorum deorum et quia statim
possent dicere quo distinguetur falsus
propheta a vero, ideo ad hoc inducitur cum dicitur
hoc habebis signum quod in nomine domini ille
predixit et non evenerit hoc dominus non est
locutus et per consequens talis est propheta falsus
Sed quia supra dictum est xiii capitulo quod signum
predictum a falso propheta aliquando sic evenit quod
tunc cognoscetur falsitas eius // dicendum
quod ibi docetur quod si ex hoc procedat
ad avertendum homines a deo per ydolatriam
vel aliam nequiciam et sic patet quod
falsitas prophete duobus modis deprehen
ditur uno modo ex eventu quando non evenit
quod predixit evenit vel quocumque alio
modo videatur esse propheta et procedat in
tantum homines avertere a deo quod nullus
talis propheta potest esse a deo. Sed contra utrumque
istorum modorum arguitur contra primum sic
ysaias predixit ezechiam moriturum
de infirmitate ysaie xxxviii et ionas nini
ven Jone iii non tamen sic evenit et
tamen non dicuntur propter hoc falsi prophete sed
veri // Contra secundum similiter arguitur quod
ymolacio in excelsis fuit illicita post
edificacionem templi et tamen helyas
tunc induxit populum israel ut fieret in monte
carmeli ut habetur iii Regum xviii capitulo non tamen
reputatus est falsus propheta. Ad primum re
spondent aliqui dicentes quod ille prophetie
non fuerunt implete secundum sensum littera
lem literalem fuerunt tamen implete secundum
sensum spiritualem ubi gratia de prophecia in
ninive fuit enim ibi visio spiritualis scilicet culpa
per penitenciam secundum illud psalmi ciii verte impi
os et non erunt id est non erunt impii // Sed
ista visio non videtur sufficere quia
de quacumque prophecia ab homine conficta si
non eveniret ad literam posset fingi ali
quis sensus misticus in quo diceretur
completa // Et ideo aliter dicendum quod
ad huius intellectum dicendum quod propheti
ca revelacio est quedam impressio cogni
cionis facta in mente prophete futurum autem
contingens dupliciter cognoscitur
a deo uno modo prout intuitus divine co
gnicionis fertur ad presenciam super tempus
licet futuram eo quod intuitus divine
cognicionis mensuratur eternitate que
complectitur omne tempus et sic quod per
cognoscitur futurum infallibiliter et infallibi
liter evenit // Alio modo secundum ordinem
cause ad effectum secundum quod contingens futurum
est in causa variabili et contingente et sic
quod precognoscitur non semper evenit
quia aliquando causa mutatur et per con
sequens effectus. Impressio autem divine co
gnicionis fit in mente prophete secundum
formam voluntatis divine quando igitur
in mente prophete imprimitur cognicio
alicuius futuri contingentis primo modo
secundum quod intuitus dei fertur super illud et
quod sic propheta denunciat futurum in
fallibiliter evenit et vocatur propheta talis
prophecia a doctoribus prophecia predestinacionis
Quando autem in mente prophete imprimitur
cognicio futuri secundo modo scilicet secundum ordinem
cause variabilis ad effectum et quod sic de
nunciatur per prophetam non semper evenit
propter mutacionem cause et hoc modo fuit
de prophetis predictis infirmitas enim ezechie
erat disposicio sufficiens ad mortem et malicia
ninivitarum merebatur civitatis subversi
onem cum propter penitenciam ezechie et penitenciam
ninivitarum facta est mutacio causarum
et per consequens effectuum et talis prophecia vocatur
a doctoribus prophecia comminacionis quia sub
intelligitur condicio ut puta quia in
ninive subvertetur nisi ninivite peni
terent et quod ezechias morietur nisi
propter devocionem prolongacionem vite impe
traret et sic factum est ex quibus patet
quod ysaias et ionas falsum non predixerunt
licet ante predicta sint vera tamen non
videntur ad plenum solvere questionem
scilicet quo a populo distinguatur verus propheta
a falso quia propheta verus condicionem predicta
non exprimit sicut ysaias dixit absolute
ipsi ezechie dispone domui tue moriens
enim tu et non vives et ionas absolute di
xit adhuc xl dies et ninive subverte
tur // Ad quod dicendum quod adhuc
distinguitur verus propheta a falso quando
pronunciatum a deo non est venturum propter
mutacionem cause licet quando revelatur
ipse propheta sicut ysaie post denunciacionem
mortis ezechie dictum fuit ezechie a domino
vade et dic ezechie hec dicit dominus deus
audivi oracionem tuam et vidi lacrimas
tuas ecce ego adiciam super dies tuos
quindecim annos et eodem modo ipsi ione

sunt revelata misericordia super inimicitias propter
eorum primam quod non sit filius proprius aliomodo
distinguitur per imitacionem cause effectus
futuri sicut prima inimicitia sunt om
nibus nota ex quo potest convenienter vi
deri subversio civitatis primitus revocata
et similiter desertum et patribus ezechie quod
non est in facultate prophete // ad secundum
dicendum ymolacio in excelsis non sunt
illicita simpliciter aliter peccasset abraham
ymolans arietem pro ysaac in monte
genesis xxii et iii capitulo quod patet similiter quia
in utraque ymolacione facta est revelacio
divina sed ymolacio in excelsis solum sunt
illicita quia prohibita vel ante prohibicionis fu
it quia si extra templum ymolassent
pro libito sue voluntatis posset esse occa
sio ydolatrie sequentis et ideo ymolacio
in excelsis erat dispensabilis maxime in casu op
posito scilicet ad destructionem et hoc modo
helias inspiratus a deo in monte carme
li ymolavit domino ad destructionem ydolatrie
ipsius baal et ad confirmandum populum israel
in cultu unius veri dei et in talibus et talibus
credendum est tali prophete si autem vellet in
ducere ad aliquid quod esset simpliciter
malum et prohibitum sicut furtum occide
re innocentem et adulterari et consimilia
nullomodo esset credendum etiam si esset genera
tus sicut filius prophete ut dictum supra xiii capitulo
Item dispendiosa explicatis // Capitulum xix
illis que pertinent ad statum personarum
sublimium hic consequenter ponuntur que
pertinent ad bonum statum inferiorum et
vulgarium circa quod sic proceditur quia primo
ponuntur ea que ordinant hominem quan
tum ad partem irascibilem secundo quantum
ad concupiscibilem capitulo xxii ibi duxerit
uxorem recentem tercio quantum ad venabi
lem xxiii capitulo ibi amonites et moabites
circa primum sciendum quod deordinacio partis
irascibilis maxime apparet in homicidio
secundo de quibusdam aliis que procedunt
exodi xxi capitulo ad hunc primo agitur de
homicidio cuius actor cognoscitur secundo
de homicidio cuius actor ignoratur capitulo xxi
Item adhuc circa primum primo de homicidio
in particulari facto secundo de homicidio de facto
apporto ibi si quis autem odio circa primum
ordinat lex que occidens casu tolit
possit refugere ad aliquam tamen civi
tatem refugii et patet littera ex hiis
que dicta sunt numeri xxxv capitulo ubi

hec materia plenius tangitur additur
tamen aliquid cum dicitur addes tibi tres
alias civitates ex quo patet quod non
tantum debebant esse sex civitates refugii
sed novem cum totaliter promissa foret
acquisita // Si quis autem odio hic agit
agitur de homicidio voluntario et primo
ponitur condempnacionis actus secundo modus
non stabit testis unus primo in duas
in partem principalem et incidentalem
ibi non assumes circa primum dicitur quod
homicida apporto cum hoc declaratum sunt
debet ad mortem condempnari presens
se iudices civitatis illius in cuius tenu
cuius factum sunt homicidium et patet littera ex
hiis que dicta sunt numeri xxxv capitulo // Non
assumes hic ponitur incidens scilicet quod
mete terrarum et camporum non mutentur
ab aliquo in augmentum sue possessionis
et diminucionem hereditatis proximi et po
nitur in isto capitulo quia talia solent fi
eri maxime hic quo aliquis est exul a sua
terra et civitate quia non potest dampno sue
hereditatis providere in hoc autem capitulo fuit
mento de homicida a casu qui debebat
esse exul a sua civitate et patria usque
ad mortem summi pontificis numeri xx
xv capitulo et ideo in tractatu de translacione
terminorum hic ponitur cum dicitur non assumes
lapides positum primo circa circumdantes et
terminos alibi ponendo ad augmentum sue
porcionis et diminucionem alterius dicit
autem Ra. sa. contra hoc ponitur hic ad desi
gnandum quod talis transferens termi
num promissionis transgreditur duo pre
cepta negativa scilicet illud non furtum facies
et illud quod dicitur hic non transferes
si autem hoc fieret extra terram promissi
onis esset solum contra illud non
furtum facies non autem contra illud quod
hic dicitur quod probat per hoc quod sub
ditur in possessione sua tua quam
dominus deus tuus dabit tibi in terra quam
acceperis possidendam // Non stabit testis
agitur de modo puniendi homicidam
voluntarium quia non debet condempnari
propter unum testem sed per duos vel plures
diligenter examinatos et si post talem exa
minacionem apparet aliquis testis men
dax vel falsus punitur quod puniatur
per legem talionis scilicet eadem pena qua

punivetur ille contra quem deposuit si fuisset convictus et patet lra non misereberis non prohibet compassionem naturalem sed compassionem penam debitam dimittentem vel divertentem contra iusticiam oculum pro oculo etc. Dicit autem Rabi Sa. quod talis mutilacio non est in s lege sed per pecuniam cum taxacione iudicum sicut cautum dicitur fuit Exo. xxj ca°. Sed hoc non videtur racionabile dictum quia infra dicitur non misereberis eius quoniam nulla aliqua esset si pro membro mutilato posset dari pecunia. // Ca. xx

Si exieris ad bellum hic qui agitur de homicidio facto in genere primo in bello et primo ostenditur quid sit agendum in congressu belli seu in obsidione adversarij. Si quando exieris etc. circa primum tria describuntur. primum pertinet ad quem populum euntem ad bellum iustum scilicet quod non timeant si viderant maiorem multitudinem adversariorum quoniam suam memores ipsius magne multitudinis egiptiorum quam dominus submersit in mari rubro pugnans pro eis ut habetur Exo. xiiij ca°. Secundum pertinebat ad sacerdotes quia sacerdos debebat stare ante aciem et animare populum bonis exhortacionibus ad stare certandum pro iusticia et hoc est quod dicitur appropinquante iam prelio etc. et subditur non pertimescat cor vestrum quia deficiente corde per timorem destituuntur membra corporalia ab actibus suis et nolite metuere pigere et pavide contra adversarios nolite recedere fugiendo quia dominus deus vester in medio vestri est quod exponunt hebrei aliquid de archa domini que portabatur ad prelium sed quia raro portabatur melius exponitur de presencia dei qui licet sit ubique tamen in bello iusto adesse solet certantibus pro iusticia per specialem cooperacionem ipsorum et proteccionem // Tertium pertinet ad duces exercitus qui primo debent removere ineptos ad bellandum de acie removendi erant quatuor genera hominum primo illi qui edificaverunt domos novas et non dedicaverunt eas et accipitur hic dedicare pro firmare i. facere solempne convivium de inhabitacione ipsius et hoc notatur cum dicitur et non dedicavit etc. // Secundo quia illi qui plantaverant vineas et non dum comederant de fructibus eorum et hoc notatur cum dicitur et necdum fecit eam esse communem i. de qua licitum vesci communiter et hoc erat in quinto anno quia fructus qui nascebantur tribus primis annis reputabantur immundi tamen quia contra communem cursum nature nati eo quia talibus fructibus quasi quibusdam insolitis et novis in sacrificiis ydolorum gentiles utebantur et ideo tales fructus non offerebantur a iudeis quod autem nascebatur quarto anno totum offerebatur deo de fructibus quinti autem poterat dominus vinee et ceteri alij uti et tunc dicebatur vinea communis quod autem predicti edificatores domorum et plantatores vinearum amonebantur amplius hoc erat quia in predictis operibus magnus labor et precius ad talia homo qui laboraverunt in labore afficitur et ideo ex hoc magis timet mori antequam aliquem fructum tanti laboris consecutus fuit et propterea est minus constans et minus aptus ad bellandum ex quo proponet esse alijs impedimentum sicut infra dicitur de pavidis et formidolosis. Item quia secundum philosophum dicitur esse quod aliquid aliquid est prope magnum bonum et non assequitur et propter hoc predicti sequestrabantur a prelio propterea ne si ibi morerentur alij magis dolerent et horrerent prelium propter tale infortunium quod predictis accidisset // Tertio removendi erant illi a prelio qui desponsaverant uxores non dum tamen adhuc eas cognoverant per matrimonii consummacionem et hoc notatur cum dicitur et non accepit eam quia tales multum solent desiderare amplexus sponse et ideo magis timet mori ante completionem sui desiderij propter quod sunt minus apti ad prelium. Item si ante consummacionem matrimonij sic inchoati morerentur amplius reputaretur ab alijs infortunium magnum et sic magis abhorrerent prelium // Quarto removendi erant pavidi et formidolosi quia pavor pavidi faciunt alios timere et ex fuga sua dissipant et deordinant aciem et sic prebent hostibus additum et propterea sunt in magnum nocumentum et hoc notatur cum dicitur ne pavere faciat corda fratrum suorum etc. et quia ad duces

non solum pertinet te movere in ceptos sed etiam ordinare et creare aptos ad fortiter bellandum ideo subditur vinxisque de principibus et capitaneis creatis ad bellandum contra eos ipsis a vobis dicitur: timebis acies ordinata ad modum trianguli seu cunei quasi disposita ad submittendum et dividendum aciem adversariorum. Si quando accesseris etc. hic ordinatur quid sit agendum de obsidione adversariorum et primo quantum ad homines secundo quantum ad arbores ibi Quando obsederis. Circa primum dicitur si quando accesseris ad expugnandam civitatem offeres ei primum pacem loquitur de civitatibus que erant extra terram promissionis quia de illis que erant in terra erat eis prohibitum ne aliquomodo facerent cum eis pacem sequitur percuties hinc quod meca masculini generis est et hoc in penam illius pecti quod noluit recipere pacem et propter hoc excipiuntur mulieres quibus non competit bellare et pueri qui non dum venerant ad etatem et robur bellandi sic facies cunctis civitatibus que aute procul valde sunt ex quo patet quod supra dictum est scilicet quod scriptura hic loquitur de civitatibus extra terram promissionis contra quos filii israel gerebant iustum bellum ex aliqua iniuria eis eis illata seu alia re iusta de hiis autem civitatibus que dabuntur tibi in terra promissionis nullum omnino permittens vivere quia ex iusto dei iudicio propter suas iniquitates erant delendi et interficiendi et ad hoc filii israel mittebantur ut supra dictum est. Vicesimo additur etiam alia ratio scilicet ne si remanerent aliqui eorum cum filiis israel pertraherent eos ad ydolatriam et hoc notatur cum dicitur ne forte doceant vos. Cum obsederis etc. hic ordinatur quid sit agendum in obsidione adversariorum quantum ad arbores et subintelligitur vincere et consilia de quibus dicitur non succides arbores de quibus vesci potes et hoc quia poterant eis prestare tempore obsidionis esum de fructibus et etiam tempore captionis quia terra cum cohabitatione talium erat melior et aptior ad inhabitandum et propterea si talis civitas erat intra terram promissionis erat melior habitatione si autem extra redderet eis melius tributum et hoc notatur cum dicitur quia lignum est et non homo quod non potest

fugere nec contra te rebellare nec fructus suos sibi negare et ex hoc patet quod si civitas expugnanda esset valde fortis quod filii israel desperarent de eius captione et recederent ab obsidione poterant talia succidere quia si remanerent deservirent utilitati adversariorum et propterea eis cederet in nocumentum et hoc modo filii israel recesserunt ab obsidione urbis regis filiorum moab succisis arboribus fructiferis regionis iiii Regum iii. // Capitulum xxi

Quando inventum fuerit. Postquam actum est de homicidio cuius actor cognoscitur hic agitur de illo cuius actor ignoratur et de eius investigatione primo. quod dicit Rabi moyses quod de civitate propinquiori loco in quo homicidium fuerat accipiebatur vitula et occidebatur et carnes eius in loco occisionis relinquebantur in putredinem consumende locus ille etiam remanebat incultus et in duobus et in hiis duobus dampnificabatur illa civitas seniores etiam civitatis iurabant quod non fuerunt negligentes de custodia viarum ita quod per negligenciam eorum non contigerit illud homicidium hoc autem iuramentum non libenter faciebant si scirent aliquid de perpetratione dicti homicidii ne cives periculum dampna incurrerent et ideo ad evitandum dampna frequenter prodebatur homicida qui ut communis est de civitate propinquiori loco facti homicidii quia difficile erat quin verba aliqua et suspiciones cecidissent inter cives de actore illius homicidii. Hiis dictis pro magna parte patet littera. Tollent vitulam de armento ita quod sit sufficientis etatis que non traxit iugum scilicet quia debebat esse fortis et non fracta labore et hoc est ad ostendendum manus dampnum civibus nisi proderent homicidam. Et ducent eam ad vallem asperam per quod designatur horror homicidii perpetrati et cedent in ea cervices vitule ad designandum quod homicida et celantes homicidam essent digni dolorosa morte accedentque sacerdotes qui erant ceteris doctores in iudiciis et prepositores in factis inquirendis ad videndum si de actoribus homicidii appareret aliquod signum. Lavabunt quia manus suas ad designandum suam innocentiam et dicent cum iuramento manus nostre non effuderunt hunc sanguinem

diatur Ra[ti]o sa[n]c[t]a quod nulli debebat esse dubium quod illi seniores qui erant meliores in toto populo ciuitatis non fecerunt illud homicidium manibus propriis sed mirabant quod non esset factum per eorum negligenciam uel consensum nec oculi viderunt per hoc intelligitur quod nichil omnino sciebant [?] p[er] visionem omnis alia cognicio designatur // Si egressus ad pugnam postquam egit de homicidio hic consequenter agitur de hiis que solent procedere ex odio licet enim odium sit passio potencie concupiscibilis sicut et amor tamen passiones irascibiles oriuntur ex passionibus concupiscibilis et in ipsis terminantur quia oriuntur ex amore et odio et terminantur ad delectacionem et tristiciam ita quod passiones irascibiles que malum respiciunt oriuntur ex odio igitur de talibus agit et primo ratione istius persone coniuncte secundo respectu extranee ibi cum peccauerit primo in duas quia primo excluditur effectus odii respectu uxoris secundo respectu prolis ibi si genuerit homo circa primum sciendum quod licet esset prohibitum filiis Israel ne acciperent mulieres alienigenas de terra promissionis ut dictum est supra vii capitulo tamen propter suam gratiam permissum erat eis accipere de aliis gentibus dimissio prius gentilitatis ritu et quia frequenter contingebat quod talis mulier fiebat odiosa marito ideo lex hic prohibet in iniuriam fiendam illi mulieri et hoc est quod dicitur hic si egressus etc. et ceperit et mulieris in numero captiuorum mulierem pulchram que sic frequenter plus allicit hominem quam aurum et argentum volueris que habere uxorem ducetur contempta illius licet esset melius abstinere ab alienis mulieribus introduces eam etc. quod est permissio ut deinde que radet cesariem etc. per ista designatur dimissio gentilitatis et conuersio ad iudaismum si autem postea non sederit in animo tuo sicut frequenter contingit de alienigenis mulieribus quia habent mores dissimiles et odibiles viris suis dimitte eam liberam absque precio a se uel cum amicis de permissione accipiendis nec vendere poteris quia ex quo facta est uxor non debet redire ad condicionem ancillarum nec opprimere per potenciam imponendo ei in domo tua opera similia et dura Si habuerit homo hic consequenter concluditur effectus respectu prolis et primo sic exponitur secundo

expediens concluditur correlarium ibi si genuerit circa primum dicitur quod si filius odiose uxoris esset primogenitus pater non poterat ipsum odium ipsum priuare iure primogeniture quod consistebat in duobus quia primogenitus erat aliis filiis a honore proponendus et tamen debebat accipere de bonis patris quantum duo alii unde et Ioseph qui successit patri suo Iacob in iure primogeniture quantum ad hereditatem accepit duplicem partem ut dictum fuit gen xlix c° ex dictis patet littera Si genuerit homo filium quia dictum est quod ex odio non debet filius a bono sibi debito impediri ex hoc correlarie concluditur quod ex amore inordinato non debet in malis foueri sed magistratibus tradi ut moriatur antequam ad peiora per insolencias deducatur et sic in peiora per insolencias deducatur et sic in morte talis ei prohibebat meritum et periculum demeritis ei praecauebat augmentacionem malorum et aliis qui abatur per hoc dabatur eis correctionis exemplum tamen hoc non debebat fieri nisi de illis de quibus non apparebat probabilitas correctionis et patet littera // Cum peccauerit hic consequenter excluditur effectus odii in personis non coniunctis et primo in mortuis secundo in viuis in principio xxii capituli Circa primum sciendum quod sepelire mortuum est opus misericordie et ideo de condempnatis ad mortem mortem et suspensis in patibulo precipitur quod non priuentur a sepultura licet eorum vita fuerit odiosa et assignatur ratio cum dicitur maledictus est a deo qui pendet in ligno in hebreo habetur vilificacio dei est suspensio quod exponit Ra[ti]o sa[n]c[t]a dicens quod homo est ad ymaginem dei factus et ideo si diu remaneret suspensus hoc quodam modo redundaret in dehonoracionem dei secundum vero translacionem nostram maledictio dei hic accipitur pro pena suspensionis inflicta a iudicibus qui tenent locum dei ut sit sensus quod maledictus est a deo qui pendet in ligno id est quia debet sufficere talis pena tenentibus locum dei imposita ideo non debet ultra hic priuari sepultura et quod dictum est hic de sepultura suspensi intelligendum est de sepultura lapidati et cremati uel alio modo condempnati ad mortem et patet littera
Non videbis bouem post ea (capitulo xxii) moyses ordinauit irascibilem respectu persone coniuncte hic consequenter

eam ordinat respectu non quantitate et dividitur
in duas in partem principalem et incidenta-
lem secunda ibi non arabis adhuc primo ordinat
irrationabilem respectu presentis secundo respectu
futuri ibi Cum edificaveris adhuc primo in
duas ordinat eam respectu creature ratio-
nabilis ibi secundo respectu creature irrationabilis
ibi si ambulans etc. Circa primum sciendum quod
ad ordinacionem partis irrationabilis pertinet si
homo subtrahat auxilium proximo quia
hoc videtur procedere ex odio et impetrat signum
crudelitatis et defectum pietatis et ideo prohibetur
hic primo cum dicitur non videbis bovem fratris tui
aut ovem errantem et preteribis acsi non
videas nullum remedium apponendo et illud
intelligitur de rebus aliis que sunt in
periculo amissionis unde sequitur similiter
facies de asino et de omni re fratris tui et
nomine fratris hic intelligitur omnis indigens
vel proximus secundum doctores et quia non solum
apponendum est remedium in animali errante
sed etiam in animali subvenire lapso non ia-
cente ideo subditur si videris asinum fratris
fratris tui etc. dicit hic Ra. si quod sacer-
dos in casu non debebat iuvare ad leva-
dum onus ut si animal esset lapsum
in loco sepulture ubi sunt ossa mor-
tuorum quia ex hoc contaminaretur sed hoc
non habet locum in nova lege ubi cessat
iste cerimonie et quia sicut ad ordina-
cionem irrationabilis pertinet ad eam pre-
sumptuose tendere ad aliquid sibi inde-
bitum ideo subditur non induetur mulier
veste virili quod exponunt doctores ali-
qui et bene sicut credo quod intelligitur de
armis quibus viri utuntur unde in
hebreo habetur non erit vas viri super mulierem
et accipitur vas alibi in scriptura pro
armatura viri in primo Re. ubi dicitur
de Jonatha quod tradidit puero arma
sua in hebreo habetur vasa sua prohibetur
autem hic quod mulier non portet arma
viri tum quia indecens est mulieri et
presumptuosum tum quia continet errorem
superstitiosum quia gentiles mulieres
in sacris martis portabant ornamen-
ta virilia et in sacrificia eorum ut
pote collum ferreum et similia ideo
subditur abhominabilis apud deum
enim est qui hoc facit abhominacio enim
in sacra scriptura communiter accipitur
pro ydolatria seu aliquo ad ydolatriam
pertinente sicut ante littera predicta intelligitur

de veste quam prohibetur hic talis usus
vel potius abusus quando est occasio
libidinis quia mulier in veste viri
posset latenter cum hominibus luxuriam
exercere et similiter vir in veste mulieris
quia liberius posset loca secreta mu-
lierum ingredi. Si ambulaveris hic
ordinatur irrationabilis respectu rationa-
bilis creature propter hoc enim quod lex inducit
ad ea que habent speciem pietatis et retrahit
ab hiis que habent speciem crudelitatis
circa irrationabilia multo fortius ad
talia inducit homines circa rationalem
creaturam ad quandam autem crudelita-
tem videtur pertinere quod aviculas simul
capiat et detineantur cum pullis suis
et ad pietatem quod dimittatur abire
ideo ad hoc inducit lex et patet littera.
Cum edificaveris hic ordinat irra-
tionabilem respectu futuri sicut enim ad
pietatem pertinet non subtrahere auxi-
lium fratri in necessitate presenti sic ad ea-
dem pertinet precavere periculo eius futuro
et maxime periculo persone et ideo
precipitur hic quod in circuitu tecti domus
fiat murus ad precavendum periculo
casus hominibus desuper ambulanti-
bus in terra ante promissionis tecta
domorum erant plana et ibi conveni-
ebant homines causa recreacionis
et colloquiis et ideo nisi ibi fieret quedam
circuitus immineret periculum.
Secundo debet homo precavere periculo pro-
ximi respectu substancie et quantum ad
hoc subditur non seres vineam tuam
altero semine ut pote in vinea seminando
triticum vel ordeum vel huiusmodi ne in
semencio quam seminasti et fructus
proveniens ex germine seminato et que ex
vinea nascitur sanctificentur i. vacem preter sa-
ficentur reddendo inde primicias et deci-
mas domino fructus enim proveniens ex
semine predicto cicius maturescat et
colligitur quam fructus vinee et ideo
in collectione bladi sacerdotes inde primi-
cie et decime accederent aliquando quod hoc
debet sufficere pro primiciis et decimis to-
cius agri et sic dampnificarentur
sacerdotes et eciam quantum ad primicias
fructuum vinee secundum autem hebreos hic est
textus ne seres mixtum ne polluatur

plenitudo seminis quod seminasti et fructus
vinee. Vocatur hic plenitudo quando
granum est prope maturitatem. Et exponitur
sic litteraliter ista fructus enim vinee de novo
plantate tribus annis primis secundum legem
reputatur immundus ut habetur Levitici
xix de arboribus plantatis et idem est
de vinea et sic de illo non portat sibi ob-
lato domino fructus autem quando seminati eo-
dem anno reputatur immundus. Si igitur
in vinea de novo plantata seminaretur
bladum fructus inde proveniens tan-
gens fructum vinee in immundum simul
pollueretur contactu rei immunde et
sic de illo non possent fieri oblationes
domino ut possent primicie et decime et sic
dampnificarentur sacerdotes et levite.
Vel aliter quia hebraice hic dicunt polluatur
ubi translacio nostra habet sanctificationem quia
dictio hebraica que hic ponitur equivoca
est et importat utramque significationem
prout vario modo pronunciatur. Et tamen punc-
ta non sunt de substantia littere sed variant modum
pronunciandi et significandi sicut va-
rius accentus apud latinos variat
pronunciationem et significationem.
Non arabis. Hec est pars incidentalis
in qua ponuntur duo mandata expedias.
Primum est quia supra inducendo ad pieta-
tem circa irrationabilia exemplum tamen po-
suerat de avibus posset aliquis cre-
dere quod non esset intelligendum de
animalibus ideo de ipsis ponit exem-
plum dicens non arabis simul in bove
et asino. Bos enim est fortior asino
et habet maiorem passum et ideo asi-
nus nimis gravaretur si cum eo in opere
copularetur. Aliqui tamen dicunt quod
est hec parabolica locutio per quam intelligitur
quod sapientes et fatui in opere predicationis
non sunt simul coniungendi. Secundum man-
datum est quia supra dixerat quod mulier
non debet uti veste virili vel econtra-
rio ideo hic tractat de decencia vestimen-
torum apud iudeos primo ostendendo quod sit
cavendum cum dicitur non indueris ve-
stimento quod ex lana linoque contextum est
quod exponit Josephus dicens quod hoc
fuit prohibitum propter reverentiam sacer-
dotum quia in vestibus summi sacerdo-
tis erant talia contexta textura et ideo

non erant licita aliis nec contexta. Aliqui
doctores dicunt quod fuit inhibitum ad e-
vitandum quandam similitudinem ydolatra-
rum qui colebant imbuti celi ad de-
signandum coniunctiones planetarum in sacris
suis vestibus variis commixtionibus
utebantur in vestibus suis. Iudeorum
sic observandum suis et rebus aliis hoc
ostendit quod in vestibus iudeorum sit ob-
servandum cum dicitur funiculos in fim-
briis etc. et illud est expositum supra
numeri xv. Si duxerit vir postquam ordi-
navit hominem in parte irascibili hic or-
dinat eum in parte concupiscibili et primo
reprimendo adulterium adulterium secundo stuprum
ibi Si invenerit vir puellam. Tertio incestum
ibi Non accipiet. Circa primum sciendum
quod potest accusari de adulterio dupliciter
uno modo postquam ducta est in uxorem alio
modo tamen vel post affidationem de quo agitur
secundo ibi Si puellam virginem desponsaverit
vir. Adhuc circa primum sciendum quod post
contractum matrimonium mulier dupliciter potest de
adulterio accusari. Uno modo quia adhuc
non est inventa virgo et de hoc agitur
primo. Alio modo quia licet inventa sit virgo
postea tamen adulterata est de quo agitur
secundo ibi Si dormierit vir. Circa primum dicendum
sic Si duxerit vir et postea odio habuerit eam
quod potest esse iuste et tunc mulier est puni-
enda vel iniuste et tunc vir est puni-
endus ut declaratur postea. Ac imposuerit ei
nomen pessimum sic eam commisisse adul-
terium non post eius acceptionem in uxo-
rem sed post affidationem et sic est ibi frac-
tio date fidei et proprie adulterium inquan-
tum tale peccatum accidit ei post matrimonium
predicto modo inchoatum. Ferent secum
signa virginitatis eius que dicit fuit
illa dicitur ad seniores urbis id est ad
iudices. Expandent vestimentum coram
senioribus civitatis dicunt expositores
catholici quod pater et mater sponse reservabant
linteamen in quo cum filia a viro suo
fuerat deflorata sub sigillo autenti-
co ut per hoc ostenderetur signum virginita-
tis si vir eius vellet postea abire
maliciose quod eam virginem non invenis-
set. Sed hoc videtur valde turpe quod
pannus talis extenderetur coram iudicibus

ptea no est visile quod vir eius audiet
eam flo acusare cu stirent ptes vxo
ris hic testimoniu pdem sue vginitat
quia erat consuetudo sic fnare giub
pani scdm istam opinione z ideo alii
exponunt hic dicentes q hec locutio
est pabolica cu dicatur expandentq
vestimentu zc i. pubica testium declarabit
et exemplificabunt vginitate vxois
filie sue sicut exponitur pannus sic
Exo xxij ca° desine nocturno est lo
cuto methaa dicat ibi quod si orto so
le illud fedit zc sicut ibi sunt expo
tum scriptura sacra in pluribus locis
habet talem modum loquendi sicut
hetur Judic ix ca° ierimit lingwa
ut ungerent sup se regem zc z i plib;
aliis apphendituq senes urbis viru
illum si gnictus fuit defla accusacoe
et vberabunt illum i facient conq
se vberari ista tamen vberacio no debz
excedere quadragesimum annum ictum
ut hetur i xxv ca° // Ex hoc etiam pz
quod vir et vxor no indicabuntur
semp adpia etiam infidelitate thol
q vir desacens inpbacone inpbacoe
importi cuius no puniebat fm lege
pena talionis s morte sicut vxor
simili vir poterat hic plures vxores
no equso et vir poterat repudiare
vxorem et no equso qd si vm est qd
obicit s eam fuisse cognitam post affi
dacionem eicient eam extra fores
domus pris sui in verecundiam pntu
qui in domo sua inuiterunt tantu
malum et lapidibus obruerunt ex
quo patet quod na accusabat de fnac
cone vginis ante affidacone viro
q tale pctm non puniat morte ut
hetur in fine huius capitli et Exo xx
ij // Si dormierit vir hic quir agitur
de adulterio post gtractu matrimonii
ppetrato q puniet morte adulteri
et adultere // Si puellam hic agitur
de fnacone vginitatis importa puel
le post affidacone viri tamen ante
consumacone matrimonij z sic iste cas
differt a pcedente in quo vir impo
nebat vxori iam ducte eam no in
venisse vgine z simil attendrat in
civitate ubi puella p clamore po
terat ad iutoriu hre z tacuit v tps
debet mori s puella et vir qui con
cubuit cu ea si ante extra civitate
ubi no poterat hre adiutoriu p
clamorem solus vir debet mori qr
lex intptat fcm in meliore ptem
s quod puella clamavit z cognita
fuit p violenciam z ex hoc hetur
argumentum quod dubia sunt in
meliorem ptem interpretanda // Si
invenit vir hic reprimit gempra
quin ad stuprum quia agitur de
puella deflorata ab aliquo antequm
esset alicui affidata et de tali dictat
lex q vir eam deflorans debet dare
pri puelle quinquaginta siclos argenti
pro iniuria sibi facta quia puella erat
in eius tutela et tu tenet eam acci
pe uxorem si pr puelle volunt sibi
dare nec postea poterit ea repudiare
et si pr puelle dare nolunt quia est
potencior z nobilior seu alia rone
inc.... ius vir ille tenebatur dare
pri puelle pdictos quinquaginta si
clos ut hetur Exo xxij z si no poss
solvere tenebatur ad equivalenciam
punire seu pabam satisface // Non
accipies hic refrenat concupiscibi
lis quantum ad maximum ut nullus
accipiat in vxorem novercam suam
quia hoc vertitur in verecundiam
pris cu vir z vxor sint una caro et
ideo vxor pris no debet esse subiecta
viro fm matrimonij legem contrariare
uenciam filij ad prem quam debet ei
deinde na z quod accipiat novercam
suam in vxorem et ideo ij. R xvj ca°
dicitur q absolon fedavit prem sum
david ingrediendo ad concubinas eius
propter q inde testacione huius cuius pre
cipitur in isti vir z mulier de tali
cuius coniti leuit xx ca° // Ca^m xxiij
Non intrabit eunuchus pg
qua declarata sunt ea que
ptinent ad ordinacone ptis
irascibilis z concupiscibilis hic quir po
nunt ea que ptinet ad ordinacone
ptis rationalis z primo attendendum ad
bonum commune sed ad bonum singulare
ubi no tractabitur fm pma mediam fm
q bonum psone est attendendum tempe

pacis et tpe belli scda ibi qn egressus
fuit ad ursus hostes. Circa pmm scie
dum quod bonu gne maxime pacis
tpe exibus observatur. pmm est si bo
na et honesta coniubia coniungantur
qua phoc bona ples paratur. Sdm
est si psone in iuncte a ebus elonge
tur. tcm si psone viles et dfamose
ad honores et regimine ppli no admit
tantur. et sm hoc lra ysta tpliciter ex
ponitur. pmo sic dicunt eni he
qd p ingressu in eccliam dei a quo re
pellunt hic alique psone ad gentes
et alique ad ppetuu alique ad tpus intel
ligit contractus coniugii cu mlie
ysrlita a quo impediunt impotentes
ad gnandum quia no est ibi bonum
plis et pacientes defcm natalium
ppter vilitatem originis amorite et
moabite repellunt ad semp ppt
pctm contra pplm ysrl commissum
et egipti et ydumei ad tpus s. usq
ad tertiam gnacom quia sicut dic
ta sa no peccavit ita gviter cont
pplm ysrl sicut amorite et moabite qr
fecerunt eis psecucionem corporalem
utpote egipcij pplm laboribus affli
gendo et pueros iuflumine demergendo
ut habetur Exo. 1. ydumei vo igladio
fily ysrl occurredo. Nu. xx. ca° s. amo
nite et moabite psecuti sunt eos spalit
conducendo balaam ad maledicendum
eis deinde cum filio fily ysrl inducti
sunt ad luxuriam et ydolatriam assignt
etiam aaron mlta quia ydumei de
scenderunt de esau qui fuit fr iacob
a quo descenderunt ysrlite. ysc ysrlite
et ydumei erant fres. et hoc est quod
dicit quia fr tuus e et simlr ex egip
cij receperunt filios ysrl in tpe famis
et fuit ibi conservati sub pvidentia
yoseph et hoc est quod dicit advena
fuisti intra eius et ideo ydumei et
egipcij citius admittebant ad totam
generationem ..... et scdm ysta sniaz
p; lra hoc excepto quia noluit eos
bis occurrere cu pane et aqua quod
videtur contrarium ei quod sup dictum
est .ij. ca° quod licet moabite no co
essissent eis transitum ptram suaz
tamen in confinio tre sue portaverunt
eis alimenta venalia. Ad quod

respondent he quod vix no ptinuit
talia venignetes in civitatibus armata
et ad custodiam tre s. milites tm et ppe
hoc vix sunt repulsi ammonito pcio
no aut mulieres. unde et Ruth moabi
tis fuit uxor viri ysrlite et ideo dicitur
hic amonites et moabites et e que sunt
nomina masculini gnis et no femi.
Sed exponitr ab aliquibus catholicis
doctoribus quod p ingressum ecclie dei a q
excluduntur psone pdicte intelligitur in
gressus atrij in quo homines iudei ora
bant in rtem ppe templum cuius in
gressu arcebant psone supdicte tamqm
in mundice vel obus supdicte et e exponat
sic pus. Tercio mo exponitr ab aliquibus
doctoribus mris et venabilibus ut videt
dicat ante quod lex diuina nullius ex
clusit etiam extraneum a cultu dei ab
hijs que ptinent ad aie salutem un
dicit Exo. xij. si quis peregrinoru in vram
voluit transire coloniam et facere phase
dni circumcidetur prius omne masculinum
eius et tunc rite celebrabit eritqz sic
indigena tre s. in tpalibus quantum ea que
ptinebat ad regimen ppli p quas erant
mentes utpote ingratis et iudices com
nos centuriones et consimiles no omnes
admittebant s. excludebant eunuchi
quia cum essent impotentes ad gnan
dum honor patinis qui consistit in re
gimine ppli eos decebat unde et antiqui
iudices et gubernatores ppli vocabant
pres conscripti simlr excludebant pacie
tes defcm natalium quia ppt vilitate
sue originis no decebat eos status
tanti honoris nec pplus subiectus
pacifice tolleraret ppter q talis pmo
tio esset turbacionis occasio. un et i eccia
tales ab ordinibus et dignitatibus
repellunt simlr alienigene a regime
ppli mito repellebant quia no est
in eis tm confidendum sicut indigenis
optet eni hre magna confidentiaz
de illis quibus committit regimine ppli
quia optet quod sciant secreta et in
sma ppli aliqui tn excludebantur ad
semp et aliqui ad tpus pdcis roibz
et sm ystum intellem satis patet lra
consideratis eu hoc sup dcis. Circa sc
egressus hic qui ordinat ronabis ex
tendendo ad bonu gnre tpe belli qd

quidem bonum consistit primo in mundicia
spirituali quia quando mundi fuerant deo da
batur eis victoria et ideo dicitur quando
egressus fueris adversus hostes tuos in pu
gnam custodies te ab omni re mala
id est ab omni peccato ne veniat super te divina
offensio et cadas coram inimicis tuis
gladio. Secundo requiritur mundicia corporalis
ideo subditur si fuerit inter vos homo qui
nocturno pollutus sit sompno id est sompno
non est in mundicia spirituali licet posset
esse in vigilia precedenti vel sub sequenti
tamen semper est in mundicia corporali
quam comitatur ex proposito mente lo sordi
egredietur extra castra sive civitates et le
antiqui que erant in medio exercitus
non tamen oportebat exire castra quando ipsi
ut deum sunt visibiliter Numeri xv capitulo et
idem intelligendum de aliis in mundiciis
que quidam irregularitate faciunt ut
deum sunt ibidem secundum ponitur hic ista in
mundicia per exemplo quia frequenter
accidit quod ante subditur habebis locum
extra castra etc. intelligitur causa de
castris quia si tales in mundicie fierent // ipsi
intra castra ipsi corrumperetur aer ex fe
tore et sequeretur infirmitas et mortali
tas in populo. Item quia archa cum sacer
dotibus et levitis erat in castris non
erat decens quod talis fetor esset ibi
et hoc est quod subditur Dominus enim deus
tuus ambulat in medio castrorum quia
ibi erat per specialem cultum sacerdotum et levi
tarum qui tenebantur esse cum ipso
ad exercitum licet non omnes sed aliqui eorum
Non trades servum hic quantum ordinatur
personalis attendendo ad bonum singula
ris persone et dividitur in tres partes se
cundum quod sunt de dictamine rationis scilicet
legalitas sive tendit ad omnes pietas ad
pauperes et severitas ad rebelles. Secunda inci
pit ibi cum repetes a proximo tuo circa me
dium xxiiii capituli tertia in principio xxv ad hunc
prima in duas secundum quod legalitas duo
respicit scilicet operaciones et promiciones secunda
incipit xxiiii ibi si deprehensus prima
in duas partes dividitur ad que ordinatur lega
lis scilicet ad vitam politicam et dome
sticam secunda incipit in principio xxiiii ca.
ad hunc prima in duas partes que re
spicit vitam politicam scilicet urbanitatem et

fidelitatem secunda ibi cum votum voveris
// Circa primum sciendum quod homo
vivit urbane et convenienter primo quando
compacienter se habet ad afflictum et quantum
ad hoc dicitur non trades servum domino suo etc.
et intelligitur quando confugitur ad eum ad hoc
occidendum seu mutilandum seu aliter
indebite affligendum ideo subditur
habitabit tecum scilicet quousque conquiescat ira
domini sui et tunc reddendus est ei cum sit
res domini sui sicut et alie res sunt resti
tuende. Secundo quantum ad se ipsum se habet
habet munde et decenter et hoc notatur cum
dicitur non erit meretrix de filiabus israel
etc. Tertio quantum ad deum se habet reverenter
quantum ad hoc subditur non offeres
mercedem prostibuli quia est quid vile
et propter hoc vocatur turpe lucrum et ideo
talia offerre domino maxime in publico per
tinet contra reverentiam potest tamen de hoc
fieri elemosina nec pretium canis dicit
autem iosephus in hoc intelligitur de
pretio quod accipiebatur de illis qui lo
cabant canes venaticos et custodes om
nium ad impugnacionem camelorum quod
prohibetur offerri eo quod erat turpe lucrum
sicut de meretricio dictum est. Alii autem
exponunt de primogenito canis quia primo
genita animalium immundorum neque non
poterant ut canis offerri redimebantur tamen
longo sicut ut habetur Numeri xviii capitulo
et dabantur sacerdoti sed primogenito canis
non dabantur propter vilitatem huius
animalis ita quod hic excipitur redemp
tio primogeniti canis a redemptione aliorum
quid autem fiebat de primogenito canis
non redempto hic non exprimitur videtur
tamen probabile quod interficiebatur sicut de
primogenito asini dicitur Exodi xiii quando
non redimebatur. // Quarto quantum ad proximum
se habet liberaliter et quantum ad hoc subditur
non feneraberis fratri tuo ad usuram etc. sed
alieno etc. est permissio non causa lucri
sed minoris mali ad evitandum maius sic
fiet in deos quarent // Cum votum vo
veris hic quantum ordinatur rationalis in vita
politica prout respicit fidelitatem que prin
cipaliter habenda est ad deum et hoc
notatur cum dicitur cum voveris domino deo etc.
ad fidelitatem autem hominis ad deum re
quiritur quod adimpleat quod ei promi
sit sed quia votum non est de bono neutro

ad salutem s; de bono erogacionis subdi-
si volumus polliciti absq; pctō eius erit
quia no tenetur ad illud bonum nisi
rone voti // Secūdo sequitur fidelitas ad
proximum ideo subditur ingressus vineam
proximi tui etc quod intelligitur de eo qui
ingreditur vineam aut segetem pro-
ximi sui ad operandum ut dicit Ra sa.
ideo ei conceditur de fructibus comede-
re no tn ad domum suam portare quia
hoc esset infideliter agere Secūdum expo-
sitores iudeos intelligitur eciaz de alys
quia intencio legis erat inducere
hebreos ad amicabilem conuersacionem recipro-
cam ad inuicem et ideo lex concessit
intrantibus comedere et prohibuit excessum
in asportacionem extra quia hoc ad cu-
piditatem et infidelitatem pertinet etc

Si accepit homo etc / Cā xxiiij
ordinat in vita domestica q̄
maxime consistit in cohabitacione
viri cu uxore et quia contraria eadem
est disciplina ideo primo agitur de sepa-
racione viri ab uxore secūdo de cohabitacione
ibi cum acceperit etc de nouitate sup-
lectilis pacifica passione ibi no acci-
pies etc / Circa primum sciendum quod in ve-
teri lege plures erant cause propter
quod homo poterat dimittere uxorem
saluator autem unam solam ponit s;
fornicacionem mt v ca° licet enim hoc
bene dicatur causa dimissionis uxoris
tn quia uxor no habetur odio nisi
propter aliquam causam ideo reducenda
est talis dimissio in aliam causam
ulteriorem que pt esse multiplex ideo
dixerunt aliqui quod causa propter quas
poterat dimitti erant feditates
in corpore puta infirmitas vel aliqua
causa nobilis in corpore vel in anima
sicut fornicacio occulta vel aliquid huius-
modi quod in moribus deformitatem facit et
hoc est quod dicitur in lra propter aliquam
feditatem s; in corpore vel in moribus
in hebreo aut habetur rem turpem et
eodem modo pt intelligi aly autem re-
stringunt has causas satis probabiliter
dicentes q; ita no pt vir repudiare
uxorem nisi propter aliquam causam pro-
pter matrimonium superuenientem nec
tamen propter quamlibet tamen s; propter illas
solas que possunt bonum prolis impe-

dire vel in corpore ut sterilitas lepra mor-
bus caducus et similia vel in anima ut
si uxor esset mors fily et filie ex conuersa-
cione cum viro mittere scribet libel-
lum repudy licet repudiacio no est in-
ducta s; tn permissa concessio tn libelli re-
pudiacionis erat inducta ad hoc ut uti-
liter libere alteri posset nubere si vellet
unde dicit iosephus quod forma illius
libelli erat talis promitto quod nunquam tecum
conueniam aliqui autem dicunt quod in li-
bello erat scripta causa repudy s; hoc no
videtur racionabile dcm quia aliqu causa
erat occulta ut pote fornicacio soli marito
nota et ideo si hanc causam vel consimilem
in libello scriberet eam diffamaret publi-
cando peccatum occultum // Postea in lra dicitur
quod iste libellus in manum mulieris re-
pudiate dabatur et ideo no est verisi-
le q; ibi aliquid expresse contineretur quod
esset in diffamacionem mulieris s; magis
hoc preceptum de libelli dacione videtur fuisse
datum in fauorem mulieris repudiate ut po-
sset alteri nubere ut dcm est et ne maritus
posset eam in voluntariam ad se reuocare
et sic esset minus pronus ad repudiandum
ipsam a principio nec peccare faceret tam-
tam i. hesitantes in lra tua quia si li-
bis repudiata iam nubet alteri vel mari-
to priori propter precedencia tamquam abhomina-
bilis posset desccali a marito insuper ad
maiorem intellectum eorum que dicta sunt
querit utrum repudiacio uxoris esset licita
in veteri lege dicendum quod sic in casu
fornicacionis et in hoc conueniunt omnes lo-
quendo saltem de repudio quantum ad thorum
in alys autem casibus dicunt aliqui quod
erat licita ex dispensacione legis sicut
habere plures uxores sicut enim unitas uxo-
ris est de dictamine nature sicut inseparabilitas
et ideo sicut illud fuit licitum q;
abraham et iacob no peccauerunt sic nec
repudiantes peccabant // Item lex vetus
et si no conferebat graciam tn peccatum ordinabat
secundum doctores nros si igitur repudium
esset licitum celebratum consensum fuisset per
legem quod no videtur quia magis
concedit ut habetur hic tn dicit scribet
libellum etc aut propter apphas q; no quia
malachie ij° dicitur si odio habueris eam
dimitte eam Item dicit crisostomus quod sicut
apostoli permiserunt sedare impacidos sic

no qo3

moyses libellum repudij sede autem
imperatae sunt licite ergo etc. // Sed hoc videtur
esse contra dictum salvatoris Matth. xix quod
libellus repudij concessus fuit moysi
propter duritiam cordis eorum talia non exerci-
sant apto quia non videntur concessa
nisi ad evitandum maius malum sic etiam
ca° precedenti dictum est non trades fratri tuo ad
usuram sed alieno tradere tamen alieno
nunquam fuit licitum ut omnes doctores ca-
tholici dicunt et etiam philosophus dicit quod est
contra naturam quinto Ethicorum et ideo dicendum quod
nunquam tale repudium fuit licitum quia
concessum fuit vel potius permissum ad
evitandum maius malum scilicet uxoricidium
et hoc non facit licitum sicut permissio for-
nicationis ad evitandum adulterium non
facit eam licitam // Ad primum dicendum
quod non est simile quia unitas uxoris
in veteri lege fuit intermissa propter maius
bonum scilicet propter multiplicationem plebis ad cul-
tum divinum que multiplicanda erat
per generationem carnalem et intermissio ista
est et licita sed permittere malum aliquod propter
maius malum evitandum non facit illud
licitum ut dictum est // Ad secundum dicendum
quod aliquid esse illicitum quod lege per-
mittitur ostenditur dupliciter uno modo
per prophetiam aperte spiritu sancto loquentem et hoc
modo usuram esse illicitam et tamen exptneo
prophetia esse ostendit dicens Domine quis habitabit
etc. sequitur qui pecuniam non dedit ad
usuram absolute loquendo et nullum
excipiendo quia indefinita iuris equipol-
let universali unde rabbi moyses qui
apud iudeos est ante alios auctoritatis
ubi exponit psalmum predictum super illud ubi
qui pecuniam suam non dedit ad usuram
dicit etiam glossa gentili alio modo ostenditur
illicitum per communem observationem bonorum
quia consuetudo est optima legis inter-
pres et dicitur consuetudo bonorum quod
non est abusus et sic usum est repudium
illicitum quia nullus eorum qui commen-
dantur in scriptura legitur hoc fecisse
nisi de mandato vel instinctu divino sicut
abraham de mandato dei eiecit agar
quia deus potest matrimonia coniungere et
dissolvere prout sibi placet // Ad tertium
dicendum quod permissio secundum [illegible] impera-
tivus improprie vel large vocatur permissio id est
quoniam consilium datur de minore bono
timore ne maius bonum male fruetur
vocatur permissio et sic apostolus consuluit
vel permisit large loquendo iuniores vi-
duas nubere. Ethicorum v° et est respectu li-
citi non sic autem permissio minoris mali ad
vitandum maius ut dictum est // Circa sex-
tum hic agitur de viri et uxoris cohabitatione
in novitate matrimonij contracti quia tunc
permittebantur simul cohabitare et letari ut a-
mor ad invicem magis firmaretur ideo dicitur
non procedat ad bellum cuius causa superius
est expressa xx ca° nec eis quippiam ne-
cessitatis iniungetur publice dicit ra-
bi salomon quod hoc est intelligendum tantum
de pertinentibus ad bellum unde in hebreo habetur
nec impone aliquid ei scilicet de pertinentibus ad
ad bellum ita quod refertur ad litteram imme-
diate precedentem quia sicut non debebat
bellare ut dictum est supra ca° xx sic nec
victualia portare exercitui vel muros repa-
rare nec exercitus posset tenere vel alia
ad bella pertinentia illis autem qui plan-
taverant de novo vineas et domos edifi-
caverant et uxores desponsaverant ista
bene iniungebantur licet eis de congressu
belli parceretur // Non accipies hic agi-
tur de necessaria supellectili domestica vita
seu habitatione non enim possunt habitare in
domo vir et uxor absque supellectili ad
cibum preparandum et ideo prohibetur ne
creditor accipiat talia pro pignore unde dicitur
non accipies loco pignoris inferiorem et
superiorem molam quia utraque est necessaria
ad terendum bladum unde fit panis vel
alia ad vitam necessaria et idem intelligendum
est de aliis utensilibus necessariis ad preparandum
cibum ut dicit ra. sa. licet istud solum
ponatur pro exemplo // Si deprehensus fuit
postquam actum est de legalitate servanda
in operationibus hic consequenter agitur de cons-
natione in punitionibus et hoc in diversis
generibus casibus et primo describitur
punitio ab homine inferenda secundo punitio
a deo timenda ibi observa diligenter // Circa
primum sciendum quod homo inter creaturas
inferiores est nobilior quia ad ymaginem
dei facta et ideo pro furto hominis imponitur
maior pena scilicet pena mortis et hoc est
quod dicitur si deprehensus fuit homo id est
convictus in iudicio sollicitans fratrem suum
id est societate insidians ut eum posset
furari et vendito eo accepit pretium inter-
ficietur ex quo patet si deprehenderetur

fur antequam hominem furto sublatum vendidisset non puniebatur pena mortis sed alia minore secundum arbitrium iudicis sicut Exo. xxij capitulo dicitur de illo qui furatus fuerat ovem et bovem occiderat vel vendiderat quod debebat reddere quatuor oves pro una et quinque boves pro uno si autem inveniatur apud eum antequam vendidisset vel occidisset non restituebat nisi duplum sicut de aliis et ante eos malum de medio tuo id est malum culpe per bonum iusticie. Observa diligenter hic describitur punitio adeo timenda pro peccato rebellionis ad superiores et maxime sacerdotes per qua adeo inflicta est quod plaga lepre ut patet in Ozia rege Iuda ij Paralip. xxvj et hoc est quod dicitur observa diligenter ne incurras plagam lepre propter rebellionem ad superiores ideo subditur sed facies quecumque docuerint te sacerdotes etc. Intelligitur observetis in plaga lepre quod exponit Ra[bbi] Sa[lomon] sic tamen ne teles plaga lepre unde vel malo sed facies quecumque docuerint te etc. id est si dixerint te vel alium eiciendum de castris sicut leprosum vel includendum ad diligencius considerandum vel iudicaverint in mundum obediens ei prima tamen exposito videtur magis concordare lre sequenti memento que fecerit dominus deus vester Marie in via cum percussit plaga lepre propter eius rebellionem contra Moysen ut habetur Num. xij capitulo ac si dicatur memores debetis esse huius facti ne propter factum rebellionis plaga lepre inferatur vobis quia in hoc dominus non pepercit Marie licet esset sancta et prophetissa ut habetur Exo. xv capitulo. Cum repetes etc. Hic ordinacionem rationalis in legalitate ad omnes hic ordinatur in pietate ad pauperes et primo in pignoribus accipiendis secundo in mercedibus reddendis ibi non negabis mercedem tertio in iudiciis non pervertendis ibi non occidentur quarto in elemosinis faciendis ibi quando messueris segetem circa primum dicitur cum repetes a proximo tuo rem aliquam quam debet tibi et non potest solvere propter quod vis pignus tu non ingredieris domum eius ut pignus auferas quia posset ibi videre aliquid de quo verecundabatur verecundaretur sed stabit foris pignus eicialit accipiendo si autem pauper est quod non pernoctabit apud te pignus si est vestimentum necessarium de nocte sed in mane iterum potest accipi et ita intelligendum est de vestimento necessario

de die quod debet reddi in mane et potest recipi in vespere sicut dictum fuit Exo. xxij capitulo. Non negabis. Hic agitur de pietate ad pauperes in mercedibus laboris sui reddendis quia communiter sunt ita pauperes quod non possunt commode solutionem expectare et hoc est quod dicitur subditur ex eo sustentat animam suam id est vitam ne clamet contra te ad dominum quia talis clamor auditur a deo secundum quod dicitur Ia[cobi] v capitulo ecce merces operariorum vestrorum qui messuerunt regiones vestras que fraudata est a vobis clamat et clamor eorum in aures domini sabbaoth introivit in delacione salaris defraudatur pauper quantum ad hoc quod non habet ad necessitatem suam. Non occidentur. Hic quarto ordinatur rationalis in pietate quantum ad iudicia non pervertenda et primo inducit ad hoc generaliter secundo specialiter in iudiciis pauperum ibi non pervertes iudicium circa primum dicitur non occidentur patres pro filiis nec etiam econverso. Sed contra huius videtur hic Exo. xx visitans iniquitatem patrum in filios etc. iam ad concordiam huius dicunt aliqui quod quadruplex est mors corporalis et spiritualis temporalis et eterna dicunt igitur quod morte temporali et eterna non punitur pater pro filio nec spirituali et eterna non punitur pater pro filio nec econverso secundum quod dicitur Eze. xviij filius non portabit iniquitatem patris nec pater iniquitatem filii morte vero corporali et temporali interficitur aliquis filius pro peccato patris et econverso. Sed licet illud dictum sit verum non tamen videtur valere ad propositum quia lex ista est ad formacionem iudicum temporalium ad quod non spectat imponere penam temporalem spiritualem vel eternam et ideo prohibetur eis non occidentur patres pro filiis etc. Alii dicunt quod iudicibus temporalibus nullo modo est licitum interficere filios pro peccatis parentum ut hic dicitur non interficient etc. nisi essent participes eius et sic non interficerentur tantum pro peccato alterius sed proprio sed deus qui est actor vite et mortis et cui est quilibet quantumcumque innocens mortis debitor potest interficere filios pro peccatis parentum et econverso et hoc fit aliquando immediate sicut in diluvio pro peccatis parentum subversi fuerunt parvuli qui adhuc non potuerunt esse participes in peccatis parentum vel per potestatem usum non habentes vel mediantibus angelis sanctis sicut in subversione Sodomorum interfecti sunt parvuli vel mediantibus angelis malis quibus aliquando dominus utitur

ad execucionem sicut iusticie sicut pro peccato
egipciorum primogeniti sunt interfecti. quilibet
eciam puniti vel mediantibus hominibus sicut
de mandato domini filii israel interfecerunt habita-
tores urbis Jericho cum uxoribus et filiis
quibuscumque paruulis absque speciali mandato dei
non sunt innocentes interfecti et secundum curiam
prohibito ista non interficiet etc. Sed hoc non
videtur sufficere quia in sacra scriptura
invenimus filios quibuscumque paruulis et innocen-
tes pro peccato parentum interfectos nec habetur quod
hoc fecerit de speciali mandato dei sicut Josue
vii habetur quod Achor cum filiis et filiabus
interfectus sunt nec tamen invenitur quod
fuissent conscii delicto patris nec quod
preceperit eos cum patre lapidari. Item iudi-
cum xx decem tribus pugnantes contra
tribum Beniamin interfecerunt mulieres
et paruulos pro peccato parentum aliter non fuisset
sociati reparare tribum illam. paliat
mulieres dandas fugitiuis in prelio quia
potuissent recipere uxores suas potuisset
eciam reparari illa tribus per filios si venia
fuissent nec tamen tamen invenitur quod
dominus preceperit quod paruulos interficerent. Item ibidem
capitulo xxi dicitur quod undecim tribus preceperunt mi-
serunt viros ad interficiendum viros
Jabes Galaad cum mulieribus et paruulis
exceptis mulieribus que viros non cogno-
uerunt nec legitur quod dominus precepit nec
scriptura factum eorum reprehendit.
Item secundum iura ciuilia non reprobata aliquis
pro crimine lese maiestatis interficitur subditi
pro peccatis dominorum et filii pro peccatis parentum. Apparet
videtur quod in aliquibus casibus possunt
filii eciam innocentes pro peccatis parentum interfici
licitum absque speciali mandato dei. Et ideo di-
cimus quod occisio potest dupliciter considerari uno
modo ut est pena tantum et sic habet racionem ma-
li cum sit priuacio boni scilicet vite quod est
maximum bonum inter corporalia et sic nullus
occiditur iuste pro peccato alterius quia peccatum
est quid personale pena autem ut habet racionem
pene proprie respicit tantum culpam vel peccatum
et ideo non transfertur in aliam personam
sicut nec culpa actualis de qua est sermo.
Alio modo consideratur occisio inquantum est
medicina quia morte aliquorum multi
deterrentur et a peccatis cohibentur et sic non
habet racionem mali simpliciter sed tantum secundum
quid sicut est pocio amara inquantum
minuit sanitatem et abscisio membri pu-
tridi ut saluetur corpus non habent

racionem mali nisi secundum quid sed habent racionem
boni simpliciter. Ultimo dicimus quod verum est quod
bona exteriora ordinantur ad vitam
corporalem et vita corporalis ad salutem
anime et ad dei gloriam et bonum particulare
ad bonum commune ex quo concludimus quod
sicut racionabiliter ordinatur detrimentum in
rebus exterioribus ad salutem corporalis
vite ut patet in eo qui proicit merces in
mari ut per hoc possit in vita saluari ita
racionabiliter detrimentum vite corporalis ad
salutem anime et gloriam dei et detrimentum
vite particularis ad bonum commune et ideo si in
casibus in quo propter peccatum alicuius
occisio ipsius et eciam aliquorum aliorum
licet sint innocentes cedit ad salutem
aliorum et ad commune bonum potest racionabiliter
ordinari per iudicem competentem ut si per de-
struccionem unius domus melioretur
tota ciuitas per destruccionem unius ciui-
tatis melioretur totum regnum ut potest
quando propter enormitatem criminis cedentis
in detrimentum salutis aliorum vel honoris
diuini vel cuius boni infligitur pena
secundum aliqua particularis respectiue et multi per
hoc terrentur et ab enormibus per que pos-
set tranquillitas ciuitatis vel regni per-
turbari arcentur et sic bonum commune
per detrimentum boni particularis confirmatur
tamen occisio talis innocentis inquantum
est pena refertur ad parentes qui in hoc
puniuntur filiis suis vel anima seu subditi
videntur inquantum tamen est medicina
refertur ad illos qui occiduntur quia va-
cat ad salutem anime si paciente susti-
neant ordinem iusticie propter bonum commune
est eciam medicina respectu aliorum qui
per hoc deterrentur et a malis cohibentur ut
dictum est. Sic igitur secundum istam viam
quod dicitur hic non interficient etc. intelli-
gendum est inquantum occisio habet racionem
pene proprie non autem inquantum habet racionem
medicine modo predicto. Sed quia occisio
innocentis est directe contra preceptum
decalogi quo dicitur non occides sicut
dictum fuit Exodi xx capitulo quod quidem
preceptum est indispensabile saltem per
hominem ideo difficile videtur qualiter
innocens per hominem possit ad mortem
condempnari ad cuiuscumque sit auc-
toritatis sed auctoritate dei et mandato
potest si quia in eius nullus imponi
vita quam ad hoc est ei innocentes
sed omnes fiunt debitores mortis et
ideo potest hoc debitum quando et quo vult

urgere ideo qui volt tene opionem alia
que unior videtur pt defacili ridere
ad septimas inductas p alia opione lic
eni no hetur expsse in textu quod deus
pcepit filios achor cu ipo interfici tamen
credendum est quod Josue mano erat
spus sctis nichil fecit in hoc nisi de mandato dni pt cum hoc hri ex textu aliquo
ubi dicit adno no poteris stare coram
hostibus tuis donec deleatur ex te qui
contaminatus est hoc scelere de leco ante
hominis est importat morte eius cum
sua posteritate quia qui dni viuit fi
lij remanet in eis pri defunctus quodam
modo ut hetur y° de anima 2 ecci xxx
dicitur mortuus est pr eius 2 quasi
no est mortuus reliquid eni filium silem
sibi similr dico de interfectione puulorum be
niamin quia cu decem tribubus quererent
consilium dni rudit ascendite contra eum
tradam in manus vras Judicum xx
et ideo cu processerint ad bellum de consi
lio et mandato dni no est verisimile qd
excesserint cosilium et mandatum eius et
quod dns mandauit omes interfici
cuiuscumque etatis licet no sit scriptum
quia no omia que deus dixit fuerunt
scripta 2 eodem modo dicendum est
de interfectione puulorum in iabes galaad
¶ Ad illud quod inducit de iure ciuili
pt dici quod leges hmane multa puni
unt et etiam statuunt que p diuinum
iudicium sunt puninenda quia ratio hmana
na no est infallibilis regula s aliquando
deficit deducendo conclusiones ex pricipijs
pris opabilium leges aut hmane sunt
tales conclusiones pnt apparebunt
sunt insistunt licet s in veritatem non
heant conem legis qui deviant a veritate ¶ Ad conem aut alterius opionis
pt dici quod approbare talem mediciam
que est p morte alterius innocentis
no ptinet nisi ad illum supremum medi
cum qui est dns vite 2 mortis // No
puites iudicium hic ordinatur conalis
quantum ad pietatem iudicijs malis imp
ticulari vz ut no puitatur iudicium
ad vene 2 pupilli quia in hoc committitur
duplex pccm s iustitie subuisio 2 pau
peris depssio 2 quia pupillus 2 vidua
frequenter sunt indigentes in sacra scriptura
ideo qui agit de pietate ad viduam cu
dicitur ne auferes pignoris loco viduae
vestimentum dcm est eni supra qd vesti

mentum necium de die no erat retine
dum de die ab ipo creditore nec vesti
mentu necium de nocte debebat retineri
p noctem s solum in die vidue autem
pro illo tpe hebant vestimenta p que di
stinguebantur ab alijs mulieribz et
ideo tale vestimentu pauperibus viduis
certa patet in litera et descenditque Josue
hic quarto describitur actus bellandi ubi
primo describitur bellatio hostium secundo oc
cupatio civitatum ibi eodem die ma
cedam quoque cepit circa primum primo
describitur modus pugne secundo ma
nifestatio victorie ibi reversus est
omnis omnis exercitus circa debellationem
hostium primo premittitur divinum auxi
lium cum dicitur dixit que dominus ad Josue
ne timeas etc secundo subditur auxilium
humanum quia non debet obmitti in agi
bilibus cum dicitur irruit itaque iosue
super eos repente ut ex subito adve
ntu ipsius adversarij terrerentur quod factum est
unde sequitur conturbavit eos dominus etc
tertio additur celeste signum et primo
de celo aereo dominus misit super eos
magnos lapides scilicet grandinis insolite
magnitudinis ita quod possent magnos
interficere ideo subditur ut mortui sunt
quam multo plures lapidibus grandinis
etc quod factum est ne filij israel sibi victo
riam ascriberent tunc locutus est iosue
domino gratias agendo dixitque coram eis
videns enim primum signum a deo datum
de celo aereo ex hoc confidens petivit
secundum de celo sidereo dicens sol contra
gabaon ne movearis et luna contra
vallem habilon erat enim in tali
dispositione quod utrumque apparebat
super terram quod frequenter contingit quia
in plenilunio tunc distat per diametrum
celi hoc autem petivit Josue ut haberet
tempus ad inimicos persequendum ideo subditur
steteruntque sol et luna donec ulcisceretur
se gens etc nonne scriptum est in libro
iustorum aliqui vero doctores nostri

dicunt quod iste liber non pervenit
ad nos quia non est translatus in latinum
sed hoc non videtur convenienter dictum
quia saltem esset vel fuisset apud hebreos
quod non dicunt expositores eorum sed
magis contrarium ut videbitur alij vero
dicunt quod iste liber duodecim prophetarum
quia abacuk iij° scribitur sol et luna
steterunt in habitaculo suo sed illud videtur
convenire quia libri duodecim prophetarum
saltem quantum ad prophetiam abacuk sunt
scripti post magnum tempus post mortem
iosue scilicet post octingentos annos et plus
quia abacuk prophetavit post transmi
grationem babilonis ut dicit Jeronimus
in prologo super abacuk a morte vero
Josue usque ad transmigrationem flu
xerunt octingenti anni et plus quod
patebit si quis velit computare tempora
iudicum et regum usque ad illud tempus
prout in sacra scriptura et iosepho con
tinentur et ideo responderi videtur dicendum
quod aliquis dicatur aliquid esse
scriptum in libro scribendo postea quam
tempus tamen precepit dicere quod istud sit ad
ditum a translatore in quo quod sic est in hebreo//
Et ideo aliter dicunt hebrei quod iste liber est
gen quia scribuntur ibi facta abrahe
ysaac et iacob qui fuerunt excellenter
iusti et ideo propter eorum merita facta sunt
multa beneficia populo israel ut frequenter
exprimitur in scriptura sacra dicunt igitur
quod hoc scriptum est gen xlviij
ubi ponitur benedictio iacob super ma
nasse et effraym et de effraym dicit
et semen crescet in gentes hebrei di
cunt et semen eius congregabit gen
tes vel congregatio gentium quod fuit
impletum in iosue qui fuit de semine
effraym quia qui dixit sol ne mo
mearis etc filij israel fuerunt congregati
ad audiendum hoc verbum secundum quod in tex
tu dicitur dixitque coram eis sol contra
gabaon etc ut admirarentur et regr
aciarentur deo de tanto beneficio et mi
raculo celitus sibi dato stetitque
sol itaque in medio celi ex hoc videtur
quod erat tunc in puncto meridionali
iusti dicitur quod medium celi aliquando

vocatur totu quod est sup emisperium et no sunt ante et postea tam longa dies dicat in fine ca' qualiter hoc sit intelligendum obediente dno i condescendente quia obediencia pprie loquendo est inferioris ad superiore condescensio vo e contra superioris ad inferiorem versus qz est iosue et hoc dr participacionem quia no sunt ibi versus dicti sunt victoriam completa quantum ad ea que tractantur in hoc ca° ut habetur in fine huius ca' et adhuc erat in persequendo adversarios ut patet in lra volente facere ingenia adversos spelunce ut no possent ibi latentes pse exire et ponite viros industrios qui clausos custodiunt ne ab exercitu vrbibus possint educi inde cetera patet versus qz est hic qui describitur manifestacio victorie primo in hoc qz exercitus iosue redijt in ma integro sed quia adversarij no sunt ausi invadere ideo subditur in illuc contra filios isrl primum sz postea alij contra eos pugnaverunt ut patet ca° sequenti tao p hoc quo principes exercitus posuerunt pedes sup colla quinqz regum qui latuerunt in spelunca in signum qz ceteri adversarij qui no dum erant debellati pedibus eorum subicerentur et patet lra usqz ibi cumqz occumberet sol precepit socijs ut deponerent eos de patibulo et hoc erat preceptum in lege deut° xxi eodem die pg quam descripta est debellacio hostium hic qui describitur capcio civitatum et pz lra usqz ibi ascendit quoqz cu omi isrl de eglon in ebron et pugnavit contra eam cepitqz et percussit iore gladij hoc intelligendum de parte civitatis ebron que erat in valle reliqua vo partem que erat forcior cepit caleb postea ut habetur infra xv ca° et iudic primo vl pt dici quod dr hic participacione et ci attribuitur quod postea fecit caleb qui ex concessione iosue habuit ebron ut habetur infra xiiij ca° regemqz illius hoc pt exponi dupliciter

vnomo de rege que suspenderat ut dictum est alio modo de alio tunc novo ut pote quia filius mortuo pre regnum susceperat si rex p hereditate vl quia populus regem novum sibi elegerat si rex erat p hereditatem vl quia populus regem novum sibi elegerat si erat p electionem inter suspensione eni predicti regis et factum istud iosue plures civitates cepat ut patet in textu et ideo tpe intermedio potuerat fieri institucio novi regis p dictos modis cetera patet usqz ibi omne qz spirare poterat interfecit qz intelligitur de spe humana bruta eni animalia cessunt in predam bellancium a cades barne usqz ad gazam hec est longitudo tre in occidentem vno impetu cepit quantum ad primum bellum qz multo tpe pugnavit iosue ut habetur ca° sequenti // cetera predicta de statione solis pt queri que fuit longior dies sb iosue eo ut sub ezechia et dicunt aliqui quod illa fuit longior que fuit sub iosue eo qz dr in textu no fuit ante et postea tam longa dies ut dictum est // Sz occurrit difficultas quia de die sub ezechia subditur iiij regum xx et ysa xxxviij qz sol retrocessit decem lineis vel gradibus quibus designantur decem hore secundum communem opinionem ad cuius solucionem dicunt aliqui qz sol retrocessisset retrocessit sb ito et ideo dies no fuit augmentata nisi tm x horis quibz successive redijt ad locum vn recesserat et vlterius usqz ad occasum descendit p decem horas qz decem hore diei transierunt qn sol retrocessit et sic hoc illa dies artificialis de qua est fmo fuit xxiiij horarum qz sol stetit in mobilis spacio vnius diei artificialis et postea cursu suo naturali iuit ad occasum et sic illa dies fuit duplicata sz quia ezechias

que fuit signum notabile ab omnibus
ut videtur Exo iiii. B xxiiii et ma
gis fuit notabile signum solis retro
ducendo successive et magis notum
pluribus quam si retrocessisset subito
ideo dicunt alii quod due linee in o
rologio achaz faciebat tamen horam
unam et ideo sol retroducendo decem
lineis successive et redeundo ad locum
unde retrocesserat fecit tamen decem ho
ras et sic idem sicut quod prius sed quod
dies sub iosue fuit longior duabus
horis. Alii vero imitantes dictum di
onisii dicunt quod sub ezechia fuit lon
gior dicit enim dyonisius in epla
ad policarpum quod dies sub ezechia
fere fuit triplicata quam secundum ipsum
sol retrocessit successive per partem
horas et partem alias redeunt ad
locum unde recesserat et sic dies ar
tificialis fuit augmentata xx ho
ris et fuit xxxii horarum alia ar
que fuit sub iosue xxiiii horarum
tamen quia dies illa non fuit nisi
duplicata ad illud autem quod in hoc
loco dicitur non fuit ante nec postea
tam longa dies etc. dicunt quod hoc
refertur ad tempus in quo iosue scrip
sit librum istum quia post victoriam
predictam vixit longo tempore et librum
istum scripsit circa finem vite sue et
usque ad tempus illud non fuit tam lon
ga dies ante victoriam dictam neque
post hoc tamen non excluditur quin dies
sub ezechia que postea fuit fuerit
longior. Et quia bonum est sustine
dicta sacre scripture quantum est possibile
que absolute dicit hoc quod non fuit
tam longa dies ante neque post non
obstantibus predictis potest dici quod dies
sub iosue fuit longior quia ut dictum
est supra iiii capitulo filii israel transierunt
iordanem decem dierum mensis primi
qui apud hebreos incipit a prima lu
nacione propinquiori equinoctio ver
nali et xiiii die eiusdem mensis
celebraverunt pascha et postea septe
diebus obsederunt iericho et postea
miserunt exploratores ad civitatem
hay et postea bellatores contra
eam qui devicti fuerunt propter peccatum
achan quo deprehenso et punito per
ceperunt hay et bethauen quibus per
actis venerunt gabaonite confederati
sunt filiis israel propter quam confederacionem
quinque reges obsederunt eos et iosue
ab eis rogatus venit ad liberandum
eos pugnando contra reges predictos
in qua pugna fuit solis stacio
ut patet ex predictis in textu ante et tantis
agendis bene probabile potest dici quod
fluxit tempus ab equinoctio vernali usque
per ad medietatem iunii vel circiter
tunc vero dies artificialis habet xviii
horas et tunc fuit duplicata ut
dictum est et per consequens fuit triginta sex
horarum dies autem sub ezechia fuit
triginta duarum horarum ad plus ut
patet ex supradictis et sic videtur
quod sub iosue fuit maior dies
Ad cuius intellectum sciendum quod
questio est de quantitate diei artifici
alis et eius augmento quia dies
augmentate sub iosue ezechia fuerunt
fuit artificiales quantitas vero diei
artificialis variatur secundum diversitatem
climatum et secundum appropinquacionem ma
iorem ad solsticium estivale et hy
emale et licet in omni climate et
quolibet tempore anni quelibet dies artifi
cialis habeat xii horas artificiales
tamen horas naturales habet aliquando plures
aliquando pauciores in tercio vero clima
te dies brevissima sed quando sol est in
solsticio estivali habet xii horas quod
autem ista debet applicari ad tercium clima
quia in eo est iherusalem ubi erat eze
chias quando dies fuit sibi prolongata
sub iosue fuit in solsticio estivali
et satis probabiliter potest dici eo quod eodem
anno iosue aliqua bella peregerat
sequitur quod illa duplicata habuit xx
viii horas et si proporcionaliter dicitur
quod illa dies habuit tamen xxxvi horas
naturales et duas partes unius hore
naturalis quia x hore artificiales
que desunt apposita replicacione

illius diei ut p3 exp[ositor]ibus no va
lent nisi tres horas 2 triaz ptez
vnius hore 2 sic h[abe]tur q[uo]d dies sb
iosue fuit longior in vna hora
naturali et tria p[ar]tib[us] n[atur]alis
p[ro]bato assumpte s[ed] q[uod] p[ro]babiliter
p[otes]t dici diem sub ezechia p[ro]longa
tam fuisse in solsticio hyemali
et hoc ro[ati]one climatis quia i[n] t[ert]io
climate sol eleuat[ur] in meridie
minoris diei p[ro]p[ter] q[ui]nquaginta sex gradus
fere et ideo tale t[em]pus est ibi tunc
quale est apud nos in septimo cli
mate circa finem februarij p[er] xij dies
ante equnoctium v[er]nale q[uo]d est t[em]pus
aptu[m] natu[m] ad p[ro]cedendu[m] ad bellu[m]
q[uia] no[n] sit nimis calidu[m] n[e]c nimis
frigidu[m] dies ante p[ro]longata fuit
ezechie ante p[er]cussione exercitus se
nnacherib ut ondetur iiij R[egum] xx
c[apitul]o p[er]cussio enim illa fuit q[ua]n[do] senn
acherib veniebat cu[m] ex[er]citu ma
gno cont[ra] urbem 2 sic app[ar]et pat[et]
s[ed] q[uod] p[ro]babil[ite]r p[otes]t dici illam diem
in solsticio hyemali fuisse ad dom
dyonisij dicentis q[uod] illa dies sub
ezechia fuit q[ui]nquaginta duar[um] horar[um]
dicendu[m] quod loquit[ur] de horis ar
tificialibus 2 ille valent xxiij
horas naturales 2 duas ptes vni[us]
hore ut d[ict]um est i[n] t[er]tia pa[rte] // Ca[pitulum] xij

Ue cu[m] audisset hec q[ue] desc[ri]bit[ur]
xxiiij regum debellacio 2 ip[s]o
p[ro]nu[n]c[iatu]r d[ic]ta debellacio s[e]c[un]do que
dam epilogacio xij c[apitul]o circa p[ri]m[u]m
p[ri]mo describit[ur] app[ar]atus s[e]c[un]do conflictus
ibi veniteq[ue] iosue t[er]cio victorie ob
tentus ibi cepitq[ue] iosue circa p[ri]mu[m]
p[re]mitt[itur] app[ar]atus regum cont[ra] iosue
cu[m] d[icitu]r que cu[m] audisset iabin rex asor
misit ad iobab etc quia tenebat
p[ri]ncipatu[m] sup[er] ista alia regna ut
d[ic]at[ur] infra eodem c[apitul]o egressi tam
sunt omnes cum turmis suis
p[o]p[u]lus multus nimis sicut arena
maris yp[er]bolica locucio est ad desi
gnandu[m] multitudine[m] magna[m] exerci
tus conueneruntque om[ne]s reges isti
i[n] vnu[m] ad aquas merom lacus

quidam est p[ro]p[e] q[ue]m transit iordanus
fluui[us] situs int[er] mare cenereth
et ortu[m] iordanis // Con[tra] describit[ur]
app[ar]atus belli ex p[ar]te iosue cu[m] d[icitu]r
dixitq[ue] d[omi]n[u]s ad iosue ne timeas eos
app[ar]atus enim belli p[ar]te ex p[ar]te iosue
magis erat in confidencia dei quam
in confidencia armor[um] vn[de] subditur
tradam omnes istos vulneratos in
conspectu tuo no[n] est intelligendu[m]
quod omnes fuit ibi mortui vel
vulnerati quia multi fugerunt ad
fortalicia ut patet ex sequentibus
s[ed] omnes fuit ibi de victi ut p[ri]ma
q[ua] p[ar]te inte[r]fecti 2 est q[uo]m[odo] mo[dus]
loquendi sicut d[icitu]r omnes de ciui
tate vadunt ad tale spectaculu[m]
licet multa remaneat equos eor[um]
subneruabis etc in signu[m] huius victo
rie adeo obtente // Venitq[ue] iosue
hic q[ui]a describit[ur] belli conflictus et
patet l[itte]ra usq[ue] ibi 2 ad aquas ma
serephoth et he[c] dicunt aquas salina
ru[m] quia sicut dicunt erant ibi ca
nales facte iuxta mare p[er] quas
aqua maris ingrediens desiccaba[tur]
a sole 2 in sal v[er]tebat[ur] 2 sic ma
serephoth s[ecundu]m eos no[n] e[st] p[ro]p[ri]u[m] nom[en]
loci s[ed] nomen co[mmun]e itaq[ue] p[er]cussit
omnes ut nullas exire dimitteret
reliquias quod est intelligendu[m]
de hijs quos potuit attinge[re] ext[ra]
fortalicia reu[er]susq[ue] statim cepit
asor quia erat p[ri]ncipalior ciuitas
ut statim subditur in l[itte]ra 2 ideo
p[ri]mo debellauit eam ut alie time
tes se redderent ei sicut 2 factu[m] est
ut p[at]e[t] p[er] ea subdit[ur] eodem c[apitul]o 2 rege[m]
eius p[er]cussit gladio qui de p[re]lio
fugiebat ad ciuitate[m] p[er]cussitq[ue]
omnes animas i[d est] homines ani[m]a enim
p[ri]ncipalior p[ar]s est hominis 2 ideo
a p[ar]te p[ri]ncipali denominat[ur] aliu[m] totus ho
absq[ue] urbibus que erant i[n] collib[us]
illas enim dimisit duplici de ca[usa]
tamen quia aliqua no[n] cepit ut
patebit in sequentibus tum quia
illas aquas cepit dimisit filijs

israel ut essent eis ad presidium unam
cum odor' immunissima flamma consumpsit
de illis quas cepat iosue quod fecit ex
rex odor indiuidat alios reges ad
pugnandum contra filios israel // Cepit
quoque iosue hic qui ascribitur victorie
obtentus per hoc quod Josue obtinuit
circum primariori parte et quantum suffi
ciebat tunc habitacionem filiorum israel
quia multe ciuitates et ville rema
serunt que non fuerunt acquisite tempore
Josue sicut dicitur infra xiij capitulo
multo tempore pugnauit iosue contra
reges istos .i. sex annis ut videbitur
infra xiiij ca. non fuit ciuitas que
se non traderet filijs israel hic dicitur
quia primariori parte se tradiderunt ali
que tamen remanserunt eis aduersarijs
ut dictum est et est modus loquendi yperbo
licus sicut super portum exemplu
de currentibus ad spectaculum preter exce-
n qui habitabat in gabaon omnes bel
lando cepit hoc dicit ad ostendendum quod
ciuitates que tradiderunt se ei hoc
fecerunt virtute armorum coacte et ideo
non meruerunt clemenciam aliquam
sicut gabaonite qui erant enea ut
hic dicitur et meruerunt extra terram suam
ad filios israel adquirendum cum eis pa
cem et unam ut supra dictum est ix ca.
in tempore illo venit Josue et interfecit
enachim .i. gigantes de montanis
ebron quod est intelligendum quantum ad
partem tantum quia aliqui remanserunt
quos caleb postea interfecit ut habetur
infra xv ca. ubi dicitur quod filium caleb
hic ponitur participacione et ascribitur
Josue eo quod habuit illam terram ex
iosue concessione ut habetur infra
xiiij ca. et huic dicto consonat quod
dicitur Judicum primo de expugnatione
ebron post mortem Josue vel quod
Josue in debellatione gigantum
ebron cum fuit cum caleb et eo principa-
lior propter quod sibi ascribitur unde
subditur non reliquit vnum de stirpe
enachim in terra filiorum israel absque
ciuitatibus gaza et geth et azoto
ille enim sunt ciuitates philistinorum

que non fuerunt acquisite filijs israel tempore
iosue ut habetur infra xiij ca. Sed
si istud ultimum dicatur oportet dicere
contra quod illud quod dicitur Judicum j
post mortem iosue de expugnatione
cariacarbe dicitur per recapitulacionem
quemadmodum terra aptius siue omnibus que
postea leguntur facta plura in sortibus
particularibus tribuum filiorum israel ut dicitur
infra xv ca. et Judicum j // Capitulum xij

g. Hij sunt reges hic ponitur
epilogus regum bellatorum
a filijs israel et regum debella
torum tempore moysi secundo tempore iosue hij sunt
reges terre etc. primum dicitur sic hij sunt
reges terre quos percusserunt filij israel
adhuc viuente moyse trans iorda
nem ad solis ortum iordanis flu
mius est terminus terre promissionis a parte
orientis ut dictum est et ideo terra que
est ex parte illa est ad oriente terre pro
missionis usque ad oriente iaboch
iuxta hunc torrentem fuit
lucta iacob cum angelo ut habetur gen.
xxxij usque ad mare ceneroth et ma
re tyberiadis et stagnum genesare
th sicut enim in latino nomina varia
idem significantia variantur a parte finis sic
piscinis et piscos sic ceneroth et cene
roth et eundem locum significant usque ad
mare deserti quod est mare salsissimum
istud mare est quod dicitur mortuum supra
iij ca. in fine terminus og regis basan
de reliquijs raphaim .i. gigantum
prout habetur deut. iij ca. qui habitabat
in astaroth in alijs enim locis bene
remanserunt alij gigantes ut dictum
est ca. precedenti ceterum patet in littera
hij sunt reges hic ponitur epi
logus regum quos percussit iosue
et patet littera paucis exceptis trans
iordanem ad occidentalem plagam sic
supra dictum est iordanis fluuius est
terminus terre promissionis a parte orien
tis et ideo tota terra promissionis in
occidentem respectu ipsius rex ge
ntium galgath unus iste dicitur rex
gentium non quia omnes gentes

essent sub dominio eius sed quia homines
de diversis gentibus et nationibus ha-
bitabat in regno eius sicut in civitate
parisiensi habitabat multi de diversis ge-
gentibus. Capitulum xiii

Josue senex etc. Incipit secunda
pars huius et principalis huius
libri in qua agitur de terre di-
visione et primo partes determinate sin-
gulis tribubus assignantur. Secundo civita-
tes fugitivis separantur capitulo xx. Tertio
civitates et suburbana levitis dantur
capitulo xxi. Circa primum primo agitur de terre
limitibus. Secundo de possessionis divisione de tribubus
xiiii capitulo. Tertio determinatis tribuum partibus
xv capitulo. Prima in duas quia primo de-
scribuntur terre dividende. Secundo terre iam
divise ibi et nunc divide terram. Circa
primum dicitur Josue senex provecteque
etatis erat quasi dicat scriptura quod tempus
erat dividendi terram quia dominus di-
xerat ei quod ipse divideret eam ut
habetur supra primo capitulo. Terra quod latissima
derelicta est cuius maior pars erat ac-
quirenda prout subditur omnis enim
galilea philistiim galilea enim est
in opposita parte terre promissionis
versus aquilonem plures enim civi-
tates et terre infra promissionis rema-
serunt ab adversariis filiorum israel per
tempus magnum pluribus de causis.
Una fuit quia filii israel non erant ad-
huc in tanto numero quod possent totam
terram sufficienter populare et ideo si sub-
ito fuissent adversarii eorum deleti po-
ssent contra eos multiplicari feroces
bestie que magis nocent eis quam
homines et hec causa assignatur
Exo xxiii capitulo in fine ubi dicitur
sic non eiciam eos a facie tua anno
uno ne terra in solitudinem redigatur
et crescant contra te cottidie bestie
etc. Secunda causa fuit ut filii israel
haberent adversarios per quos se exercerent
in prelio et non fierent sicut ignavi sic-
ut solent homines in longa pace fieri.
Tertia causa fuit ut esset sollicitudo
servire dei mandata exequendo tus

egrediebantur ab adversariis sibi propinquis
affligebantur et quando serviebant eis domina-
bantur ut patet ex decursu libri
Judicum et iste cause due tanguntur
Judicum iii capitulo in principio ubi dicitur
hee sunt gentes quas dominus dere-
liquit ut erudiret in eis israel scilicet
ut discerent filii israel certare cum hostibus
et haberent consuetudinem preliandi et sub-
ditur ibidem dimisitque eos ut in ipsis
experiretur israelem utrum audiret
mandata domini que preceperat patribus
eorum per manum moysi. Circa non igitur
enumerat hic plures civitates et loca
que non erant adhuc acquisita filiis
israel ex causis predictis et patet litera
hic excepto quod sequitur a fluvio
turbido hic est nilus qui irrigat
terram egipti et inde trahit ad mix-
tionem ad mixtionem terre ex quo
fit turbidus concludit tamen de habita-
toribus istorum locorum et civitatum ego
sum qui delebo eos a facie israel sic
delem habitatores civitatum et locorum
iam acquisitorum ut patet ex supra-
dictis. Veniat ergo in partem hereditatis
israel ita quod dividatur tribubus sic-
ut illa que est acquisita. Et nunc
divide terram hic ... describuntur
terre iam divise ad moysen
ante quam filii israel transirent iordanem
et primo describuntur in generali. Secundo in speciali
applicando ad tribus ibi dedit ergo
moyses. Circa primam partem primo
continuat dicta dicendis dicens et
nunc divide terram scilicet in medio supra
descriptam novem tribubus et dimidie
manasse que adhuc non acceperant
possessiones determinatas cum quibus scilicet
tribus manasse quantum ad alteram me-
dietatem ruben et gad possederunt
terram quam tradidit eis moyses. Cetera
patet usque ibi ipse fuit de reliquiis
raphaim id est gigantum sicut dicitur
Deuteronomii iii solus quippe og rex ba-
san restiterat de stirpe de stirpe giga-
tum quod est intelligendum de illis qui
habitant in astaroth et in adrai in

in alijs enim t(er)ris bene erant gigantes hebron et gaza et azoto ut dictum est sup(ra) xi ca(pitul)o cetera patent in l(itte)ra. Dedit ergo moises etc. qui describitur t(er)minus t(er)re iam divise per moisen in speciali applicando ad duas tribus et dimidiam et primo quantum ad tribum ruben secundo quantum ad tribum gad ibi Dedit q(uoque) moises tribui gad tercio quantum ad dimidiam tribum manasse ibi dedit et dimidie et p(atet) l(itte)ra usq(ue) ibi hec est possessio rubenitarum progenitores suas urbium et viculorum. Dicitur autem hic urbes que erant clause muris viculi autem et ville dicuntur que non erant sic clause. Deditq(ue) moises tribui gad etc. hic describitur t(er)ra in speciali quantum ad tribum gad et patet l(itte)ra hoc excepto quod subditur et dimidiam partem t(er)re filiorum amon contrarium autem huius videtur pr(ecede)n(ti) deut(eronomi)o ij° ca(pitul)o ubi dicitur sic non dabo tibi aliq(ui)d de t(er)ra filiorum amon quia filijs loth dedit eam in possessionem. Ad hoc dicunt aliqui dicentes quod filij amon habebant duplicem t(er)ram quam dominus eis concesserat aliam quam iux(ta) se violenter acquisierant et istam hic occupaverunt filij isr(ae)l non primam. Sed hoc videtur insufficienter dictum tum quia primam acquisierant filij amo(n) pu(g)nando contra gigantes expellendo inde violenter licet ex adiutorio domino ut habetur deut(eronomi)o ij. tum quia preceptum erat filijs isr(ae)l absolute ut non moverent prelium contra filios amo(n) et ideo non est verisimile quod t(er)ram ab eis actu possessam occuparent. Ideo dicit Ra(bbi) sa(lomon) quod ista pars filiorum amon possidebatur a seon rege amorreo qui eam abstulerat a filijs amon sicut et a filijs moab abstulerat parte t(er)re sue quam possidebat ut habetur in fi(ne) ca(pitul)o xxj. filij autem isr(ae)l occiderunt seon ut ibidem dicitur et ideo omnem t(er)ram quam possidebat acquisierunt sibi licet quantum ad aliquas partes fuisset aliquando filiorum amon. Tribui autem levi non dedit possessionem quia sustentabantur de decimis

primicijs et oblacionibus dedit tamen eis urbes ad habitandum et suburbana ad nutriendum animalia ut loquitur est alibi n(ume)ri xxxv etc. Ca(pitulu)m xiiij

[illegible] Hoc est quod possederunt etc.

Supra [illegible] t(er)re limitibus hic agitur de possessionibus dimidiantibus et dimidiatur in duas partes principales et incidentalem que ibi accesserunt itaq(ue) etc. primum dicitur sic hoc est quod possederunt filij isr(ae)l in t(er)ra chanaan quod simpliciter dividitur prout continetur infra xv ca(pitul)o et licet dicatur hic possederunt non tamen totum erat ad huc acquisitum rationibus predictis ca(pitul)o prece(den)ti quam dederunt eis eleazar sacerdos et iosue filius nun etc. sequitur sicut preceperat dominus ut habetur n(ume)ri sicut [illegible] levitis quam in [illegible] xxxiiij [illegible] accepimus in(ter) fratres suos divi(sionem) t(er)re sit tribus manasse et effraym in[illegible] sit enim primogeniture ablatum fuit a tribu ruben propter peccatum suum eo quod ascendit cubile patris sui ut habetur genes(is) xlix et translatum fuit ad tribum iuda quantum ad dignitatem regiam et ad tribum ioseph quantum ad duplicem porcionem que primogenitis debebatur ergo dicitur dicitur hic quod filij ioseph successerunt levitis scilicet ad complendum numerum xij tribuum quibus erat dividenda sublata enim tribu levi que de hereditate hic non debebat rone pd[illegible] in fine xiij ca(pitul)o non remanerent nisi xj tribus nisi tribus ioseph fuisset in duas divisa propter quod iacob patriarcha manasse et effraym filios ioseph constituit capita duarum tribuum ut habetur gen(esis) xlviij. Accesserunt itaq(ue) etc.

hic est pars incidentalis in qua interponitur peticio caleb cum moises in speciali promiserat ebron et ideo videns quod agebatur de t(er)re divisione fecit mencionem de promissione sibi facta ne t(er)ra sibi promissa alteri concederetur. Ita quod primo ponitur caleb peticio secundo peticionis impletio ibi benedixitque ei Josue etc. primo

dicitur. accesserunt itaque filij iuda
caleb enim erat homo magnus et
famosus in illa tribu et ideo maiores
de tribu iuda associaverunt eum qui faceret
peticionem suam. prout subditur lo-
cutus quod est ad eum caleb filius ie
phone cenezeus dicunt hebrei quod mortuo
iephone patre caleb mater caleb cenez acce-
pit matrem eius uxorem et quia nu-
trivit eum vocatus est inde cenezeus
alij vero dicunt quod fuit frater ipsius
cenez minor ipso et quia mortuo
patre cenez fuit curam caleb inde
dictus est cenezeus. j. paralipomenon ij. capitulo
dicitur quod effussio fuit ipsius patris
caleb quod est tenendum et ideo quod dicitur
quod fuit bimorum tamen magistri hebrea
ica j. paralipomenon iiij. dicitur quod caleb filius
zephone i. discutiens quia diuisit se a
consilio malo exploratorum nosti quod
dominus locutus sit ad moysen hominem
dei de me et de te quia dominus dedit sententiam
mortis super filios israel qui exierant
de egipto excipiens caleb et iosue ut
habetur xiiij. numeri xiiij. nunciavi que ei quod
michi verum videbatur. scilicet quod terra promi
ssionis explorata posset cum dei adiuto
rio de facili optineri fratres autem mei. i.
alij exploratores preter iosue dissol
uerunt cor populi terrorem ei inmittendo
ut habetur xiiij. numeri xiiij. iuravitque iosue
moyses non inuenitur hic scriptum in
precedentibus credendum tamen est quod
sic fuit ex quo scribitur hic terram quam
calcauit pes tuus erit possessio tua
et dicit pes tuus in singulari quia
sicut dictum fuit super librum numeri xiiij.
capitulo caleb videns alios exploratores
preter iosue inclinatos ad inducendum
populum ne intraret terram terram quod
missionis pro quibus recessit ab eis et
venit solus in ebron ubi erat se
pultura patriarcharum principaliter o
rans ibi ut non descenderet a vitate
sicut alij exploratores et ideo moyses
sub iuramento promisit ei ebron in
possessionem perpetuam. annis fuit ex quo
locutus est dominus verbum istud primo
ysen hoc autem fuit secundo anno egressionis

de egipto quia illo anno mense secundo de
cima die mensis recesserunt filij israel
de monte synai et xxvij. die mensis eiusdem
venerunt in cades barne ut dicit
glosa sua et inde missi sunt explorato
res ut hic dicitur et habetur numeri xiij.
filij autem israel fuerunt in deserto xl. annis
antequam transirent iordanem et pugna
verunt contra [illegible] fugientes ab istis xl
annis subtrahatur primus annus antequam
mitterentur exploratores remanent
xxxix anni a transitu iordanis usque ad
divisionem terre per iosue de qua fit hic
sermo quod tunc dicit caleb ubi est illud
et ex hoc patet quod supra dictum xj. capitulo
vz quod iosue sex annis pugnavit pro
acquisitione terre antequam eam divi
deret hodie octoginta quinque annorum
sum sic valens ut eo valebam
sum quod non fuit factum virtute naturali
quod quod non fuit factum virtute naturali
da igitur michi montem istum. scilicet
ebron ut patet ex hijs que sequuntur
et sic patet quod supra dictum est xj. capitulo
vz quod iosue acquisiuisset ante ebron
quantum ad illam partem que erat in
valle non tamen quantum ad partem mon
tanam in qua erat fortalicium quod
pollicitus est mihi dominus scilicet per moysen
ut supra dictum est in quo enachim sunt
i. gigantes ex quo patet quod supra dictum
est xj. capitulo quod iosue non interfecerat omnes
gigantes de ebron si forte sit dominus me
cum dicit forte non propter dubitationem di
vine veritatis in sua promissione sed propter
varietatem liberi arbitrij in homine quod
tales promissiones divine intelligende
sunt sub conditione si homo cui fit promissio
perseveret in bono benedixitque iosue ei
imprecando sibi bona et tradidit ebron
in possessionem quantum ad partem acqui
sitam et ius acquirendi quantum ad
aliam quia scriptum est dominus refundo
veritatem de terra promissionis explorata
nomen ebron antea vocabatur cariath
arbe i. civitas quatuor eo quod quatuor
patriarche principales ibi sunt sepul
ti cum suis coniugibus scilicet adam et eva
abraham et sara ysaac et rebecca
iacob et lya vel propter quatuor gigantes

ibi sepultos ut plenius dictum fuit
gen. xxiij. Aliqui vero dicunt quod vocata
est cariatarbe .i. civitas arbe qui do-
minatus fuit ibi et aliquo et a quo descen-
derunt alii gigantes et hinc dicto quod
scribitur infra xv. capitulo caleb vero filio
iephone dedit partem in medio filiorum iuda
sicut preceperat ei dominus cariatarbe .i. civi-
tas arbe patris enach ipsa est ebron.
Potest autem dicta predicta concordando quod infide-
libus vocata est cariatarbe propter
quatuor gigantes ibi sepultos et propter
nomen proprium illius qui ibi dominatus fuit
a fidelibus vero vocata est cariatarbe
propter quatuor patriarchas principales
ibi sepultos. adam maximus ibi inter
enachim situs est. adam est nomen
commune et significat hominem ut dictum fuit
gen. 1o. tamen appropriatum fuit primo homini
dicunt igitur aliqui quod ibi tenetur adam
prout nomen appropriatum primo homini ibidem
sepulto ut dictum est. Alii dicunt quod accipitur
pro illo gigante nomine arbe. Alii autem
dicunt quod accipitur pro abraham ibidem
sepulto ut habetur gen. xxv qui fuit
maxime reputationis in illo loco
prout habetur gen. xxiij. ubi habetur de
ipso princeps dei es apud nos. et terra
cessavit a preliis .s. gentibus non tamen
ex toto ut dictum in fine capituli precedentis

Fuit sors filiorum — capitulum xv
iuda per cognationes suas. Postquam actum est de possessionibus
tribuum dimidientibus hic agi-
tur de partibus assignatis singulis tribubus
et primo de assignatione terre tribui iuda
quia erat tribus regia secundo de assignatione
tribui filiis ioseph qui successit ruben
in iure primogeniture quantum ad duplicem
portionem xvi capitulo tercio de assigna-
tione terre septem aliis tribubus xviij
capitulo circa primum primo assignatur terra tribui
iuda in generali secundo ipsi caleb in
speciali ibi caleb iij.o tercio describuntur eius
civitates ibi erantque civitates quarto
conditio cohabitatorum ibi iebuseum primam
pars dividitur in quatuor secundum quod terra
describitur secundum iiij.or eius latera scilicet
australe orientale aquilonare et
occidentale partes patebunt prosequendo. Circa
primum dicitur Igitur sors filiorum iuda
per cognationes suas .i. familias istas fuit
terminus edom usque ad desertum sin contra
meridiem hoc dicitur ad signandum ad de-
signandum in quo situ sors iuda fuerit
sive respectu aliarum sortium quia fuit
in parte meridionali terre promissionis ad
quam partem erant egipcij eorum adversarii
ut sic tribus iuda que erat bellicosior
ceteris apta esset parata resistere eis. Ini-
tium eius a summitate maris salsissimi
istud est mare mortuum ut dictum est supra
et erat in angulo coniungente latus
australe et orientale et ideo ab illo in-
cipit describere latus australe quod
descendebat versus orientem et ideo loca
intermedia describit cum subditur egrediturque
contra ascensum scorpionis latera ei
sortem non poterat semper describi secundum li-
neam rectam propter montes occurren-
tes vel paludes vel aliquid huiusmodi et ideo
dicitur hic egrediturque .s. linea describens
sortem iuda a parte australi contra ascensum
scorpionis mons quidam est ubi sunt
scorpiones in habundancia et ad illum
montem includendum in sorte iuda
flectebatur linea describens versus austrum
et ubicumque in descriptione sortium dicitur
scriptura hoc verbo egreditur vergit vel
reflectitur vel aliquo huiusmodi intelligendum
est quod linea describens sortem aliquam
flectitur a sua rectitudine ad unam partem
vel aliam et pertransit in signa. Iste non
est mons synai qui in locis pluribus
in scriptura vocatur syna quia sors
iuda non ibat usque ad locum illum sed signatur
desertum sin de quo facta est mentio supra
huiusmodi sortis et magis patet in hebreo quia syna
quod accipitur pro monte synai in quo
data est lex scribitur per samech litteram
in principio prout autem accipitur pro deserto
sin scribitur per sade. pervenies ad torrentem
egipti hic est nilus secundum aliquos secundum
alios est quidam torrens qui vocatur
rinocorula qui est in fine australi
terre promissionis eruntque exitus eius
mare magnum .i. mare mediterraneum

quod claudit terram promissionis a parte
occidentis et sic patet descripto sortis
littalis sortis iude australis ab oriente
in occidente // Ab oriente vero hic descri
latus orientalis cum dicitur erit initium
mare salsissimum quod sicut dictum est facit
angulum terre promissionis in commissione
australis lateris et orientalis usque ad
extrema iordanis id est usque ad locum illum
ubi fluuius intrat mare mortuum cum
enim procedit latus sortis iude orienta
lem procedens ab austro versus aquilone
Contra describitur latus ab aquilonari
re dicens ascendit que termini que transit iuxta
iericho que est in altiori loco terre pro
missionis ideo subditur et erunt ex
itus eius ad fontem rogel qui est prope
iericho ut habetur in 2 reg. 17 capitulo hic dicitur
ad fontem fullonis ita quod rogel secundum
hebraeos non est nomen proprium sed commune ubi
cum fullones lauant vestes et secundum hoc
dicitur in 2 reg. 17 venerunt iericho
et steterunt iuxta aque ductum piscine
superioris que est in via agri fullo
nis ex latere zebuzei ad meridiem hoc
est iericho et dicitur ex latere ad meridie
quia linea diuidens sortem iude a sor
te beniamin procedens de oriente in occi
dente in latere aquilonari declina
bat ad partem meridionalem iuxta
iericho et sic erat iericho extra lineam
in parte aquilonari ubi erat sors ben
iamin non tamen tota sed contingua ad illam
partem in qua fuit postea fundatum templum
et altare iebusei quod secundum omnes
expositores fuit in sorte beniamin ca
riathiarim id est urbis siluarum istud urbis
siluarum non in hebreo sed additum est a translatore
ad ostendendum interpretationem huius
nominis cariathiarim cariath enim
idem est quod ciuitas iarim silue et
peruenit contra rote aquilonis partes ci
charon hoc non dicitur eo hic quod linea
determinans latus istud procedit recte
versus aquilonem quia linea describens
latus aquilonare transit ab oriente
in occidente sed quia in hoc loco linea
predicta a sua rectitudine flectitur
versus aquilone ideo subditur

et magni maris contra occidentem
sine concluditur mare magnum vocatur
hic mediterranem ut supra dictum est ubi
terminatur latus aquilonare sortis iude
et incipit latus occidentale latus enim
occidentale sortis iude est totum super
illud mare quod etiam claudit totam
terram promissionis a parte occidentis et sic
descripto quarto lateris sorti iude // Caleb
vero quia vero describit sors iude in
speciali quantum ad ipsum caleb quia accepit
partem specialem ut dictum est capitulo 14 et
hic repetitur et patet litera exposita usque
venit ad habitatores dabir que prius
vocabatur cariasepher id est ciuitas la
terarum hoc autem additum est a translatore
ad ostendendum interpretationem huius nominis
cariasepher quia cariath interpretatur
ciuitas sepher vel liber ex eo quod otho
niel qui ciuitatem cepit ut statim subditur
aliqua legis capitula que obfuscata
et deleta fuerant tempore luctus moysi
ibidem reparauit // Sed hoc patet ficti
cium quia hoc est manifeste contra
textum ubi dicitur venit ad habitatores
dabir que prius vocabatur cariasepher
si autem dictum hebreorum esset verum diceret
textus venit ad habitatores cariasepher
que prius dabir vocabatur et ideo oportet
dicere quod alia ratione vocabatur cariase
pher id est ciuitas literarum antequam othoniel
et caleb venerunt illuc ut potest quod
ibi in gente fuit litere quibus utebantur
chananei habitatores terre vel quia ibi
vigebat studium aliorum scientiae vel
aliquid huiusmodi dedit que axam filiam
suam vxore hoc videtur esse contra
legem leuitici 18 ubi prohibetur
matrimonium inter filium alicuius et sororem
eiusdem sed quod dicitur ibi turpitudinem
sororis patris tui non reuelabis et in
eodem gradu fuit filius alicuius et filia
eius othoniel dicitur hic frater caleb
et ideo contra legem videtur quod accepit
eius filiam // Ad hoc dicunt aliqui
quod caleb ignorauit euentum belli fu
turum sed quod othoniel frater eius de
bet percutere cariasepher dixit

publice et inqualiter illud quod promittit
hic qui percussit cariasepher dabo ei
axam filiam meam uxorem post
fcm vero ex quadam magnificentia no
lunt retractare dcm suum sicut & acepte
nolunt implere votum suum de ymola
tone filie sue sicut habetur iudic xi
Et istud no est verum tum quia caleb
erat vir sanctus bonus sm quod dicit
iudicum iii suscitauit eis saluatorem
othoniel & sequitur fuitque in eo spus
dni & iudicauit isrl & ideo non est
verisimile quod vellet contra legem uxo
rem accipe ppe hec dicit aliqui quod
tenet pr othoniel fuit fr ipius ca
leb ut dcm est sup xiiii cao et sic o
thoniel fuit nepos eius & pconsequens no
fecit contra legem quod acciperet eius
filiam quia iste gradus in lege non
fuit phibitus quod aute othoniel
hic dicitur frater caleb hoc est communiter
loquendi quod loth dicitur fr abraham
gen xiii xiiii qui tamen eius nepos
fuit cat ut patet ibidem pbabiliter
etiam pt dici ut videtur quod licet othoniel
esset frater caleb no tamen peccauit
accipiendo nepotem suam no enim hec
est contra legem nature quia abraham
accepit saray filiam fris sui aran
nec contra legem moysi expresse
si tm dicitur hic ex quadam argumen
tacone ut dcm est sed argumentum
no videtur valere quia in phibendis
gradibus attenditur reuerentia nec
uxor aut subiecta est viro et no
econtra et ideo magis est contra reueren
tiam nce quod amicta sit uxor nepotis
sui quam quod neptis sit uxor auunculi
Item in lege moysi vir & mulier no
erant ad paria in contrahendo ma
trimonium quia licitum fuit viro habere
plures uxores simul no aut mulieri
quod haberet plures viros & ideo no sequitur
quod si fuit phibitu si in uxorum inter
amittam et nepote quod ex hoc fuit
phibitum inter auunculum & nepotem h
aliunde in verna expssum que cu
pgit simul suasa est a viro & in hebreo
habetur quem cu pgit incitauit eum
i virum suum & utrumque fuit verum quia

primo incitauit virum suum ad peten
dum agrum a caleb et ille psuasit ei
quod ipamet faceret quia conuenienter
quod ipa peteret hoc a patre suo quam vir
simus suspirauit sedens in asino hec
dicitur lapsa est sup asinum quia subito
voluntarie tamen descendit de asino ut
poneret se ad pedes pris sui & sic fac
tus impetrauit terram australem et
arente i no fructiferam ppter siccitate
dedit ei terram superius & inferius
infimus quia dedit ei terram sic dispo
tam quod in parte superiori erat irri
guus fontib & similiter in parte inferiori
Eniuit & ciuitates sue hic describit
quarum i ueris ciuitatum que erat i sorte
iude & patet litera omnes ciuitates tri
ginta noue quia secundum veritatem tot
remanserunt & no plures filiis iuda
alie aute que sunt ultra istum numerum
assignate fuerunt tribui symeon pro ea
ppter aliquae hic enumerantur postea i sorte
symeon s. bersabee & molada suche
leth & asan & aliquae alie ut videbitur
infra xix sequitur urbes xiiii intra
ponitur quindecim sed una est bimomia
et ideo computatur quasi due s. chasma
et ethan lachis ista est alia ciuitas
ab illa quam ceperunt filii dan que prius
vocabatur lachis & postea vocata est
dan abeis ut habetur iudic xviii quia
illa lachis sita est in termino australi
terre promissionis ista aut lachis de
qua fit hic sermo est in parte australi
eiusdem quia ibi erat sors iude ut
dcm est viii et in hebreo illa que capta
fuit a filiis dan vocatur lays ut dicitur
iudic xviii cao achazib cu villis & ce
iste ciuitates adhuc no erat capte
tamen tradidit sub diuisione ut dcm
est sup xiii cao cariathbaal hec est
cariathiarim urbs siluarum vocatur
aut cariathbaal quia ibi fuit y
dolum baal gentiles enim solebant
ydola quandoque in siluis vel ppe siluas
et ppter hoc fuit phibitum filiis israel
ne plantarent arbores iuxta altare

dm ut habetur deut. xvi. ca° ne esset
similes ydolatris. // Jebuzeum hic qui
describitur eodem cohabitator cum dica
iebuzeum ante cohabitatorem i[n] ierusalem
dicit expositores nri[?] quinter q[uod] isti
sunt de gente iebuzeorum et tenuerunt
unum fortalicium in urbem q[uod] no potu
erunt filij iuda expugnare et ideo
habitaverunt cum eis in eadem civitate hec
aute dicit q[uod] isti dicti sunt iebuzei
no quia esset de gente iebuzeorum s[ed] q[uod]
habitabat in urbem que alio nomine
vocat[ur] iebus ut habetur Judicum xix
s[ed] descenderunt ab abymelech qui fuit
rex ierare cum quo abraham iniit fe
dus firmatum iuramento ut habetur gen
xxi et propter illud iuramentum obser
vandum no potuerunt filij iuda expel
lere quia iuramentum illud fuit usq[ue]
ad illud tempus q[uod] adhuc no transierat
tamen dauid postea eos expugnavit
ut habetur ij reg. v ca° quia tempus dicti
federis tunc transierat de quo federe dicet[ur]
plenius cum veniemus ad locum illum

ceciditq[ue] sors filiorum // ca[m] xvi
filiorum ioseph hic qui describi[tur]
assignacio terre filijs ioseph et

primo describitur dicta assignatio p[ost]o assig
nationis dilatatio usque finem xvij ca[pituli]
ibi locuti q[ue] sunt filij ioseph prima i[n]
in duas q[ui]a primo assignat[ur] sors tribui
effraym sed dimidie tribui manasse
in principio xvij ca[pituli] prima adhuc i[n] duas
quia primo ponitur sortis effraym descri
ptio sed praeceptum dni transgressio ibi et
no interfecerunt // Circa primum sciendum
q[uod] descriptio istarum sortium per estimata
loca et civitates no est bene intelligibilis
illis qui no viderunt terram promissionis
ul saltem eius descriptionem depictam
vel impictam eius descriptiones in pluribus
deficiunt apud hebreos et latinos et ideo
in descriptione istarum sortium intendo brevi
ter transire exponendo aliqua loca
bulla legatur igitur in litera ut iacet
usq[ue] ibi et egredietur de bethel lu
zam eadem est civitas luza et bethel
ut dicetur infra xviij ca° quo ergo
sit egressus de una in aliam // di

cendum quod primo sunt due postea
vero sunt continue quia propinque et prius
erat ita quod in particulari retinebat
sibi nomina propria et sic erat egressus
de una in aliam per suas partes sicut tota
parisius dicitur civitas parisiensis et tamen
in speciali nomine illud q[uod] est intra duos
pontes dicitur civitas respectu aliarum
partium quia antiquitus extra pontes
nichil erat et ideo illi qui adhuc
sunt extra qui vadunt ultra pontes
dicunt eamus in civitatem et eodem mo
illi qui exeunt locum inter pontes
dicuntur egredi civitate pertransitq[ue]
in mare in vallem arundineti sic
autem nominatur vallis illa q[uia] crescunt
ibi arundines in copia similiterq[ue] egress
eius in mare salsissimum i[d est] versus
locum illum ubi iordanis cadit i[n] mare
mortuum que etiam vocatur salsissimum
ut dictum est supra sors tamen effraym
no attingit ad illum locum immo sunt
alie sortes intermedie ut videbitur
infra urbes q[ue] separate sunt filijs
in medio possessionis manasse hic
no est intelligendum sic q[uod] aliquae
civitates effraym essent extra sortem
suam que esset sita in sorte ma
nasse s[ed] sicut dictum est supra ca° xv
linea dividens inter duas sortes no
semper procedebat secundum rectitudinem
s[ed] aliquando flectebatur ad unam partem
vel aliam propter causas supra dictas ca° xv
et ideo aliquando contingebat q[uod] una sors
secundum aliquem suum angulum se intrabat
sorte sibi contiguam ita q[uod] in illo an
gulo erat aliquae civitates illius
sortis hinc et inde et angulus dictus
erat intermedius sicut accipit sic
quod in ripa maris q[uod] mare per
modum cunei dum sinus subintrat
terram ita q[uod] aliquae ville sunt ibi
hinc et inde et mare subintrans
terram est in medio et hoc modo aliquae
civitates effraym erant in medio
manasse // Et no interfecerunt

filij effraym chananeum. Hic ponitur
transgressio precepti quia dominus preceperat inter-
ficere alios istos propter peccata sua ut habetur
xxxiij et in pluribus aliis locis propter quod
filij effraym peccaverunt dimittendo aliquos
de illo populo habitare in sorte sua sub tributo
cupiditate ducti ad quod inclinati erant primi.
Cecidit autem sors // Capitulum xvij
Hic ponitur describitur sors dimidie
tribus manasse et primo repetitur
iam assignata prius viri mediante 2o
describitur sors que assignabatur alteri ibi
salphaath vero etc. Primum dicitur cecidit
autem sors tribui manasse tempore enim
fuit primogenitus ioseph secundum etatem
sed effraym fuit primogenitus quia iacob
preposuit benedicendo in oculis ipsi mana-
sse ut habetur gen. xlviij. machir pri-
mogenitus manasse etc. ideo elegit sibi par-
tem in terra primo acquisita primo ...
Salphaath vero. Hic describitur sors
dimidie tribus manasse et primo quantum
ad mulieres secundo quantum ad viros ibi et ceci-
derunt funiculi manasse. Circa primum
sciendum quod terra fuit divisa secundum capita
virorum qui egressi sunt de egipto in-
ter quos fuit iste salphaath qui non
habebat filios et ideo post assignata fuit
filiabus suis de mandato domini prout habetur
numeri xxvij et hic repetitur idem preceptum
ut eis debita porcio assignetur deditque
eis iuxta imperium domini possessionem
ex quo patet quod iste filie salphaath
fuerunt hereditate in terra promissionis
quia terram aliam que fuit acquisita
ante transitum iordanis dedit moyses in
vita sua ut habetur deut. xxxij.
Et ceciderunt funiculi manasse decem.
Hic describitur assignacio terre pro tribu
manasse quantum ad viros funiculi decem
in terra promissionis et accipitur hic men-
surans pro mensurato funiculus enim est
instrumentum mensurandi terram decem
ergo funiculi terre est terra mensurata
funiculo decies protracto vel extenso. Filie
enim manasse i. filie salphaath que
sunt de tribu manasse etc. In sorte
manasse cecidit terra thaphue que est
iuxta terminos manasse. Hoc dicitur quia
supra xv capitulo dictum est quod civitas tha-
phua fuit in sorte iuda et propterea terra
que erat circa civitatem illam usque
terminum iuda sed alia pars terre propinqua isti
civitati ex parte opposita fuit de sorte
manasse. Civitates effraym que in medio
sunt urbium manasse. Hoc expositum est
capitulo precedenti. Itaque possessio possessio effra-
ym sit ab austro i. in australi parte tor-
rentis et ab aquilone manasse i. illud
quod est in aquilonari parte torrentis pertinet
ad possessionem tribus manasse quia possessio
effraym propinquior est possessioni iuda
ut dictum est supra et sors sic iuda fuit
in parte australi terre promissionis ut patet
ex supradictis. Utrumque claudit mare scilicet
mediterraneum quia claudit totam terram
promissionis a parte occidentis ut supra
dictum est. Fuitque hereditas manasse in
ysachar et aser quia ingerebantur
sortibus eorum et sic aliquos angulos
submittebant sortes illos sicut dictum est
capitulo precedenti de sortibus effraym et ma-
nasse. Postquam autem convaluerunt etc.
in hoc peccaverunt filij manasse sicut dictum
est de filiis israel effraym in fine pre-
cedentis capituli. Locutique sunt filij ioseph.
Hic ponitur describitur possessionis filiorum
ioseph dilatacio quod non est sic intelli-
gendum quod mutarent sorte alterius tribus
sed quia etiam contentam in terra sortem
suam ab eis non habitatam propter silvas
vel propter gentiles ad hunc ibidem habitan-
tes ad exhortacionem iosue acquisierunt
et patet textus paucis exceptis premittitur
tamen eorum querimonia cum dicitur quare
dedisti michi terram in possessione sortis
et funiculi unius i. modicam respectu
multitudinis mee et est modus loquendi
quando vocatur unitas aliqua vel non
est pro dicto quod filij ioseph habuerunt tantum
unum funiculum ad terram cum sola dimi-
dia tribus manasse habuit funiculos ut
dictum est. Benedixit michi dominus multipli-
cando in parte ad quos iosue ait ex dictis
eorum exhortando eos ad dilatacionem

et terminus

habitacionis sue si populus populus multus
es ascende in silvam et d. si tu habes
populi magnam multitudinem ad dila
tandum possessionem tuam cum viderint
filij ioseph allegantes difficultatem
non potuimus ad montana conscendere
cum ferreis curribus utuntur iudicum
vocantur currus falcati quia in lateribus
rotas ferreas factas ad modum falcis ar
mabantur et ibus eum verbantur cum
quibus in phys dixit quod iosue respon
dens eorum allegatione populus multus
